05130

*Nobiliſs. Ampliſſ. & Magnifici*

# Dn. HIER. TREUTLE

**A KROSCHWITZ, J.C. SA.æ CÆ.æ MA.tis**
**IN REGNO BOHEMIÆ QUONDAM**
**CONSILIARII, ET FISCI REGII PER**
utramq; Luſatiam patroni meritiſſimi:

*NEC NON*

Dn. ANDREÆ SCHÖPSII J.U.D. EXIMII, R
**BUDISSINENSIS SYNDICI, ET BARONATUS BIBERSTE-**
niani, tum temporis Cancellarij, Practici inſignis,

# CONSILIORUM ſive RESPONSOR

# Volumen Primum;

IN QVIBVS COMPLVRIMÆ MATERIÆ, QVÆ IN CONTR
ſiam quotidie vocantur, non ſolum ſecundum commune, ſed etiam Saxonicum Jus, accuratè & diligenter examinantur, enucleantur, diſcutiuntur, & pleriſq; adiectis ſententiis, deciduntur; in peragendis cauſis forenſibus adprimè utiliſſimum;

Primitùs operâ CHRISTOPHORI SCHÖPSII Sileſij, J.U. Cand. Collectum:

*POSTMODVM VERO, AVXILIO, STVDIO AC INDVSTRIA, POSTLIMINIO* ***reductum, ſummarijs copioſiſſimis Illuſtratum, &, unà cum Indice gemino, rerum atque verborum locupletiſſimo, editum***

A

JOANNE BÜTNERO, BOLESL. ELYS. J.U. LIC.





*FRANCOFVRTI AD MOENVM,*
**Typis Wechelianis, Apud Danielem & Dauidem Aubrios, & Clementem Schleichium**
*M DC XXV.*

Digitized by Google

*Ad Illuſtres Ordines,*

# UTRIVSQUE DUCATUS SVIDNICENSIS, ET JAURACENSIS:

CASPAREM A WARNSDORF IN Güſmanſdorf,&c.Sa.ᵉ Cæs.ᵉ Ma.ᵗⁱˢ Conſil. & Præſidem.

FRIDERICUM A GELHORN IN PETERSVVALDAV ET ROGA, SA.ᵉ CÆ.ᵉ MA.ᵗⁱˢ in Camera utriuſque Sileſiæ Conſil.

ABRAHAMVM A BIBRAN DE KITLITZTREBEN, IN WOITSDORF.

ADAMUM à SCHWEINOCH DE SCHWEINHAUS, IN Kolbenitz,Eiſendorf,& Siderwitz.

CHRISTOPHORUM à HOHBERG, IN FüRSTENSTAIN ET FREIBERG: in ſummâ Curiâ Regiâ,& Ordd.utriuſque Ducat.Conſiliarios.

CONRADUM à NYMBTSCH IN GROSROSEN, CANCELLARIUM;

ET

GEORGIUM à PULSNITZ in Libental, ab Expeditionibus.

*Admodum Reverendos*

ABBATES & ABBATISSAS,

*NEC NON*

CONSS. S. P. Q.

Inclytarum Civitatum eorundem Ducatt.

*Suidnicenſes, Iauracenſes, Strigonienſes, Leobergenſes, Boleslavienſes, Hierschbergenſes; Bolckenhanios, Landeshutanos, & Reichenbachenſes.*

SUPERIORE proximo anno patria mea à diuturnis æſtivis militum inclementiùs habita: ſub eorum diſceſſum majori malo, gravi & funeſtâ peſtilentiâ oppreſſa eſt. Statim cum cœpit, vehementer invaluit: & præceps furenſque ejus virus incredibili celeritate per oppiduin ſe diffudit: ſubiti incendij inſtar: quod provolante flammâ omnia ſimul & ſemel uno eodemque igni involvit. Verè cum Poëta illacrymem & exclamem;

——— *Quis funera fando*
*Explicet! aut poßit lacrymis æquare dolores?*

*——tristis ubique*

*Luctus, ubique pavor; & plurima mortis imago.*

Hoc periculo circumventi, pavidi & perculſi cives agminatim cum conjugibus & liberis, plenis portis ſe effundebant: fugâ ſaluti ſuæ conſulturi. Exinde talis ſolitudo & vaſtitas ubique apparuit: ut oppidum non deſertum & relictum: ſed ab hoſte captum & vaſtatum videretur. Atque ut in ſolitudine & ſummo luctu:

*Horror ubique animos: ſimul ipſa ſilentia terrent.*

ita ego ipſe, qui hæc loquor, quotidiè iam provectâ veſperâ primæ noctis triſtes & terrentes tenebras metuebam, quaſi fatale ferrum in me ſtricturas. Decrevi tamen manere: & DEO fiſus, deſertos concives, qui remanſerant non deſerere. Itaque obſeptis foribus, ſolus & deſolatus, cùm pauculâ familiâ, in interiora ædium me recepi: atq; in intimam Bibliothecam abdidi: ſtudiis animum, oculos & manus occupaturus: ne vacua mens, audita pericula, & inanes metus ſibi fingeret.

Interea dum id ago; & libros ſingulos novo diſpoſitu digererem, & evolverem: incidi in M.SS.[ta] Conſilia HIERONYMI TREUTLERI à Kroſchwitz/ & ANDREÆ SCHÖPSII, CLL:[m] Juriſconſultorum, quibus cum olim arcta mihi intercesſit neceſſitudo. Utriusq; memoria in animo molli ad dolorē non ſolùm novam plagam inflixit: ſed etiam obducta prioris doloris cicatrix ita recruduit: ut viderer eius ſenſum non niſi in ipſis oblivionis undis poſſe deponere. In hac cogitatione defixus angebar animo: & commovebar intimis ſenſibus tot illuſtres viros, quibus velut fulcris Sileſia innixa ſtare videbatur; morte, quaſi æſtu abreptos violentæ tempeſtatis. De duobus illis quidem cùm recogito, iſta conſolatio lenit dolorem meum; quod iis temporib. vitâ exceſſerint: ut ſi reverà eos amem, exceſſum illorum benevolentiâ potius, quàm miſericordiâ proſequar. Non viderunt flagrantem bello Germaniam, non amicorum præcipites & lacrymabiles caſus: non ſubactam & deformatam utramque LUSATIAM: non captam & incenſam Budiſſinam: quam uterque ſuis ſtudiis ornârat. Non vidit Schöpſius peſtem; quæ veluti pecora concives ſuos trucidabat: Non famem, non Tributa, non rapinas, & cædes: & quod omnium malorum ultimum eſt, Tyrannidem: quæ animos ſimul cum corpore opprimit. Itaque beatos eos exiſtimo; quorum doctrinæ & famæ cùm in poſterum clauſus eſſet campus: ſi feſtinantes; & quaſi quadrigis vecti, in hoc vitæ circo ad metam pertigerint. Utriuſque verò felicitas & prudentia ex eo conſtat: quòd ſuâ induſtriâ effecerint; UT SINT, ETIAM CÙM NON SINT, & illis mortuis BONA FAMA SUPERSIT.

Quis enim neſcit, utrumque in utraque SILESIA & LUSATIA per pluſculos annos, omni forenſi gloriâ floruiſſe: graviſſimas cauſſas ſuſcepiſſe, direxiſſe, & defendiſſe? idq; eâ curâ, induſtriâ, & quæ propria illorum laus eſt, prudentiâ & felicitate, ut titulum, quem Cæſar in Triumphis, hi in foro præferre potuerint, VENI, VIDI, VICI. Verùm, quid teſte, aut teſtimonio opus, ubi res vociferatur? Ea utriuſque vis ingenii & oris fuit: ut multæ cauſſæ confusâ lite tenebricoſæ, ubi eorum lumen affulſerit, Judici per ſe patuerint. Nimirum quæ diu velut ſub imperiti Medici manu ægrotantes ad hos Æſculapios delatæ, mutatæ in melius vitam & finem ſimul receperint. Treutleri de univerſo jure themata, invictosq; Spiritus Haſſia vidit, quam, ut univerſam Germaniam, fama ſui nominis complevit. Quâ poſtea quoque in patriam redux RUDOLPHO Cæſari innotuit: qui eum ſuis Conſiliis & Fiſco Regio per utramque Luſatiam præfecit. In Schöpſio verò tanta futuræ

famæ

famæ lux effulſit:ut ſi vita ſuperfuiſſet:omnes æquales ſuos admiratione ingenii ſuperaſſet. Cujus rei,judicio meo,teſtes erunt utriuſque CONSILIA ſive RESPONSA: quæ nunc ex tenebris in lucem profero;nè ſolus tanto Theſauro, tanquam Heſperius Draco videar incumbere. Ea eiuſmodi ſunt; ut ſperem,non minus fidei habitura:quàm olim RESPONSA PRUDENTUM:à quibus Judici in judicando non licebat recedere. Sapientiſſima æquè & doctiſſima:quæ non temerè invidiæ dens adteret,aut lima edacis temporis.

Verùm ambigenti mihi,cui illorum patrocinium deferrem ; Vos, Illuſtres Ordines,occurriſtis:nec alius eſt,cui magis vellem & deberem; juſtiſſimis de cauſſis; quæ me,& rem ipſam ſpectant. Me nunc diu animus impulit aliquid veſtro Ærario inferre: quod pretioſiſſimum haberem in omni meo litterario cenſu: & cauſſas habui à benivolentiâ veſtrâ. An non ſic interpreter tuam auctoritatem Warensdorfi, Ampliſſime Præſes? Veſtra erga Rempublic. merita Gelhorni, Bibrane, Schweinochi,Hoberge? Summa tua humanitas,Bibrane, quâ me domi tuæ complexus es! Iteraſti hanc benignitatem ſæpius; ut fatear jure me obligatum tibi, & tuæ familiæ:quæ VETUSTA ET INCORRUPTA NOBILITATE,antè annos CIↃ.CCC.LXXXVI. in hac noſtrâ Sileſiâ enituit;ut ex vetuſtiſſimis Inveſtituris, & Regiſtris Cancellariæ Ducalis vidi: Diu quoque præter alia ampliſſima bona, penè omnem illum tractum ad Bobtum fluvium , qui eſt inter noſtram Boleslaviam & Sprottaviam,tenuit. Non ſilentio involvam Rümbaumium, Wirthium, Crebſium, Schubartum, Zeidlerum, Seilerum, Chretſchmerum,ad quos in hac belli tempeſtate naufragæ Civitates,veluti ſalutaria ſydera reſpiciunt. Quòd verò, Illuſtres Ordines, vobis coniunctim hæc CONSILIA inſcripſerim; ſumma illa veſtra coniunctio animorum,quàm concordiſſimè tuemini,mihi perſuaſit:quam ego non temerè diſſolverim. ANIMI SANITAS dicitur:cum eius judicia, opinionesq; diſſidentes concordant. Quid aliud in Republicâ ſit? eam labefactari, aut everti neceſſe eſt : ubi ambitio, & factio, & diſcordia intervenit: ubi alter de altero querelas,& ambiguos ſermones clàm,aut palàm alibi & paſſim diſſeminat. CUI verò BONO, ſi quidam ideò in Senatum veniant, tantum ut aliorum ſententiis contradicant? omnis conſilii,etiamſi boni,niſi ſuum ſit,inimici? Peſſimi verò illi ſunt : quos ſui commodi,aut privati odii cauſâ,in publicum exitium ſtimulat.

Aliis moribus vos agere,maxima mea lætitia eſt:& porrò ut ſit,DEUS eſſe velit. Pulcrè Poëta Græcus :

Ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἠελίου αὐγαῖς:
Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα:
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν: αἰεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.

*Sine invidia etiam Dij inter ſe vivunt.*
*Non invidet Luna longè praſtantioribus Solis radijs;*
*Nec terra altitudini cœleſti:licet ipſa ſit infima:*
*Non flumina mari: ſed concordiam agunt perpetuam.*
*Nam ſi diſcordia inter DEOS eſſet:non conſiſteret cælum.*

Vobis igitur, Illuſtres Ordines, ſummâ concordiâ coniunctis, hos duos Iuriſconſultos eadem felicitate in vita, & poſt fata coniunctos, ex veteri formula DO, DEDICO, CONSECRO; mei erga Vos, defunctosq; æterni affectus, cultusq;,

ÆTERNUM MONIMENTUM.

Scio gratum Vobis utrumq; futurum: & inclytum SUIDNITIUM MATER STUDIORUM, & omnis virtutis, Civem ſuum Treutlerum libens gaudensq; agnoſcet. BOLESLAVIA ſuum Schöpſium, quem priſcis & magnis Hanniwaldis, Gerſtmannis, Schaueris, Namsleris, Seileris & aliis, non invita accenſebit. Nec arbitror pro ingrato erit munus; quod per ſe non magnum, pondus à meo erga vos animo accipiet:

Δῶρον μὲν γ' ὀλίγον, πάντα δὲ τιμήεντα τὰ παρὰ φίλων.

ait ille Syracuſius. In quo finio: & DEUM rogo, venerorq;; ut Vos, Illuſtres Ordines, diu BONO REIPUBL. incolumes & ſuperſtites eſſe velit. Boleslaviâ, Eidib. Sextilib. CIↃ. IↃ. CXXIV.

*Veſter perpetuò*

*devotiſſimus cliens*

JOANNES BÜTNERUS, J. U. Licentiatus, Boles-Elyſius.

MEMO-

MEMORIAE

# HIERONYMI TREUTLERI, J.C.

Sac. Cæſ. M.tis in Regno Bohemiæ Conſiliarij, &c.
Affinis dilectiſſ.

*SVada, Themis, Cleio, ſi quem, Charites & Apollo,*
*Naſcentem placito arriſerunt lumine, ſi quem*
*Pulpita Cattorum: fora cuncta: ipſumq; tribunal*
*Cæſaris: obſtupuêre virûm, docto ore ſonantem.*
*Na TREVTLERVS erat, pius, integer, impiger heros,*
*Nobilitate gravi: ac fortunæ dotibus amplus.*
*Jam magno cuperent, ſi fas per fata, redemtum;*
*Imperij Proceres: SILESIA: LVSATA tellus.*
*Aſt huic Cœlicolûm potior ſors obtigit AVLA,*
*Colloquioq; DEI fruitur; nunc gloria maior.*
*Intereà quicunq; voles hæc perlege ſcripta*
*Poſthuma, divinæ non ultima ſymbola mentis:*
*Ipſus TREVTLERVM, dices, me judice, clarum,*
*Et vitâ & famâ: geminum volitando per Orbem.*

Balthaſar Hyllerus, J C. Sac. Cæſ. M.tis Cauſarum
Fiſcalium in Marchionatu Luſatiæ Superioris Advocatus Ordinarius, &c.

IDEM MEMORIÆ

# ANDREÆ SCHEPSII, J. U. D. &c.

Affinis dilectiſſ.

TE quoq; Diva Themis finxit: te docta Minerva
Edocuit, gemini, magne patrone, fori.
Non igitur totum te nobis abſtulit atra
Parca: licet juſtum ſuſtulit ante diem.
Namq; tibi cunctis ut poſſes utilis eſſe,
Uſq; adeò à teneris unica cura fuit.
Marpurgo Juvenes docuiſti vivus in almo
Erudiunt tua nunc poſthuma ſcripta ſenes.
Vixiſti ſemel in terris: poſt funera duplex
Eſt data, ſopito corpore, vita tibi.
Elyſiis in agris animo, novus incola cœli,
Nobiſcum ſcriptis vivis & ingenio.
His vives Mundi dum ſtabit machina: vitæ
Cœleſtis nullo tempore finis erit.

*Budiſſinæ. M. Auguſto:*
ANNO
IehoVa De Me CogItat Ipſe fatIs.

*IDEM*

# JOANNI BÜTNERO,

J. U. Licent. Adfini dilectiſſ.

*TU verò Aonidum cultor, Themidosq; Sacerdos,*
*Non ceſſas geminum ritè juvare forum.*
*Verùm ultrò celebrem Theſaurum prodis in uſus,*
*Congeſtum multo tempore & arte tibi.*
*Prudenter ſanè maiorum exempla ſecutus,*
*Exemplis cautè qui ſapit, ille ſapit.*
*Hunc Italus, Gallus legat, & miretur Iberus*
*Extremus, tandem Sarmata, Teuto, Ligur.*
*Ergò tuum BUTNERE pium quis laude laborem*
*Non decoret justâ quis neget eſſe bonum?*
*Donec Diva Themis vivet cum jure ſuperſtes,*
*Hic præclara tua Buccina laudis erit.*
*Sit ſua laus aliis: licet hoc mihi dicere verè:*
*Multum hîc, quod tribus his debeat, Orbis habet.*

ELEN-

# ELENCHUS

## QVÆSTIONUM, SEU ARGUMENTORVM, QVÆ HOC PRIMO DN. TREVTLERI, &c. Conſiliorum, ſive Reſponſorum Volumine continentur.

### I.

AN Poſſeſſor teneatur reſpondere ijs, qui jura creditoria in fundo prætendunt; &, an emtor teneatur omne pretium rei emtæ dare, antequam ei de Evictione cautum ſit?

### I I.

An Juriſdictio, & pertinentiæ fundi, ad ejus dominum pertineant?

### I I I.

An confeſſio mariti, quâ ſe certam pecuniæ ſummam uxori debere aſſerit, ad probandum illud debitum ſufficiat; &, an uxor, ratione debiti, jure retentionis, in bonis mariti utatur, donec ei integrè ſatisfactum ſit: &, an donatio mariti, conſtante matrimonio, uxori ſuæ facta, de jure valeat: & denique an promiſſum, ſive pactum, quo quis promittit alteri bona ſua poſt mortem, de jure ſubſiſtat?

### I V.

An donatio, conſtante matrimonio, à marito uxori facta, firma & valida ſit?

### V.

An legatum ex teſtamento imperfecto relictum debeatur?

### V I.

An frater, fratris ſui prædefuncti ſponſam in uxorem ducere poſſit?

### V I I.

An donationes, fideicommiſſa & legata, quæ abſque juris ſolennitate & contra pactum familiæ relicta eſſe videntur, debeantur?

### VIII.

De Inveſtituris, & teſtamento paterno ſuper feudis.

### I X.

An mobilium legato generaliter facto, pecunia comprehendatur, quæ in domo, vel capsâ teſtatoris reperitur?

### X.

De dote, alimentis, & alijs bonis paraphernalibus, quæ debentur filiabus ex facultatibus paternis, in concurſu creditorum.

### X I.

De ſucceſſione, legitima, & Gerada filiarum in feudo novo.

### X I I.

Hypotheca ſpecialis poſterior, contra anteriorem generalem, an gaudeat beneficio excuſſionis?

XIII.

An evictio præſtari debeat, ſi venditio facta ſit juxta ocularem inſpectionem, ſive ad corpus, non ad menſuram?

XIV.

Hereditas abſentis proximo heredi dari debet, ſub cautione de reſtituendo.

XV.

An ſcedula, ſive ſcriptura, in ciſta patris reperta, continens diviſionem bonorum, pro teſtamento paterno inter liberos ſubſiſtat?

XVI.

An ſpecialis hypotheca poſterior, gaudeat jure retentionis, contra creditorem anteriorem, qui generalem & ſpecialem ſimul habet hypothecam; præſertim, ſi ex uno prædio debitum ſuum plenè conſequi poteſt?

XVII.

An Apocha, ſive confeſſio mariti probet debitum uxoris; ita ut ejus ratione alijs creditoribus in concurſu præferatur?

XIIX.

An teſtamentum ſive diſpoſitio patris inter liberos de jure ſubſiſtat, ſi forma, ſive ſolenniras à lege vel ſtatuto præſcripta, non ſit obſervata: & num filiæ, dote à patre in teſtamento aſſignatâ, contentæ eſſe cogantur; ita ut nihil amplius ex bonis paternis petere poſſint?

XIX.

An maritus lucretur dotem, ſi uxor ante diem, ſive terminum ſolutioni dotis denominatum & præfixum moriatur: & in quantum valeat ſtatutum ſive conſuetudo loci, ut maritus relictus uxori in mobilibus ſuccedat, excluſis parentibus?

XX.

An tranſactione; cum uno ex tutoribus factâ, reliqui Contutores tacitè liberentur: ita, ut de rationibus adminiſtratæ tutelæ inſuper conveniri non poſſint?

XXI.

De teſtamento in ſcriptis non ritè & rectè confecto: &, quod ſimul obſcurè & perplexè continet heredis inſtitutionem, num de jure valeat?

XXII.

Creditor agens ex debito paterno, præfertur Creditori hæredis, jure nimirum ſeparationis & prioritatis.

XXIII.

De effectu dotalitij, quod uxori conſtitutum eſt in bonis mariti: &, num in teſtamento illud conſtitui aut relinqui poſſit? cum videatur habere vim & naturam contractus, quem in teſtamento celebrati non poſſe verius eſt.

XXIV.

De legitima matris; itidem debitâ portione viduæ; num illa compenſetur cum legatis in teſtamento relictis.

XXV.

De arreſto, quomodo fieri debeat, & quando ſubſiſtat?

XXVI.

De teſtamento obſcuro, & quando teſtatoris verba diſpoſitivè, vel declarativè poſita eſſe intelligantur.

XXVII.

Num aucto numero, ſervitus, vel jus paſſivum, dominanti fundo acquiſitum ſimul augeatur; vel idem ſemper cum fundo remaneat: nec varietur, nedum multiplicetur mutatione poſſeſſorum?

XXIIX.

Num jus repræſentationis locum habeat in gerada, quæ in linea collaterali ad cognatas devolvitur?

Num

XXIX.

Num filia accipiendo dotem à patre in teſtamento aſſignatam, hæreditati paternæ renunciare teneatur? item, an fructus, durante immiſſione, ſive executione in bonis debitoris percepti in ſortem imputentur?

XXX.

De hereditate fratrum & ſororum, quomodo illa inter ipſos invicem variè deferatur?

XXXI.

De ſucceſſione collateralium, ſive liberorum fratris conſanguinei aut uterini, & patrui.

XXXII.

Feudo in fœminam translato, vi ſtatuti & privilegij, ſeu ex pacto & conſenſu agnatorum generaliter præſtito, agnati jus ſuum, quod in illo habent, protinus amittunt; & fœminâ acquirente, ſine herede feudali, mortuâ propter jus agnatorum extinctum, feudum Domino aperitur.

XXXIII.

Quando locus ſit detractioni quartæ Trebellianicæ?

XXXIV.

Si depoſitum furto ſit ſurreptum; an ejus nomine contra depoſitarium agere liceat?

XXXV.

Auctis bonis & facultatibus paternis, an dos filiarum augeri debeat? & num de augmento illo tutores conſtituendi poteſtatem habeant?

XXXVI.

Eandem materiam de augmento doris à tutoribus, pro dignitate natalium, & modo facultatum auctarum, conſtituendo, prolixè continet.

XXXVII.

Num actio, ſive beneficium reſtitutionis in integrum, minoribus competat, ex capite minorennis ætatis, propter augmentum dotis, ſororibus poſt tranſactionem à tutoribus datum?

XXXIIX.

De eadem cauſâ, ſive actione reſtitutionis in integrum, ex capite minorennis ætatis, propter augmentum dotis ſororibus poſt tranſactionem datum.

XXXIX.

An mulier, conſtante matrimonio, ſi maritus ad inopiam vergat, in concurſu creditorum dotem & dotalitium repetere poſſit?

XL.

An gerada imputetur in legitimam, ſive tertiam, filiæ ab inteſtato debitam?

XLI.

An tertia hereditatis filiæ primi matrimonij, ab inteſtato debita, minuat dotem, quam ex ſtatuto vel conſuetudine loci lucratur maritus?

XLII.

An gerada imputetur in legitimam: & an tertia hereditatis minuat dotem.

XLIII.

An ad reſiduum pretij, de fundo vendito, contra tertium poſſeſſorem agi in rem poſſit; ſi hypothecæ jus non ſit reſervatum, ſed emtori priori res ſimpliciter tradita, & fides de pretio habita?

XLIV.

Uno ex tutoribus mortuo, an reliqui ad rationum redditionem adminiſtratæ tutelæ, teneantur?

XLV.

An donatio, à matre vidua, nuptias iteraturâ, liberis prioris matrimonij facta, ſine autoritate Curatoris, & inſinuatione judiciali, de jure ſubſiſtat?

XLVI.

An ſoror & frater legitimus, fratri illegitimo, ſive Spurio, in ſucceſſione hereditatis fraternæ præferantur?

XLVII.

Creditor, ratione hypothecæ tacitæ anterioris, præfertur alijs creditoribus, qui arreſtum, ſive expreſſam habent hypothecam poſteriorem.

XLVIII.

An legatum hoc; ſi interea temporis non nupſerit; pro legato ſub conditione, vel in diem mortis teſtatoris haberi debeat?

XLIX.

Fidejuſſio ad certum & definitum tempus facta, an prorogato termino ſolutionis debitori extinguatur?

L.

Num in emtione venditione hereditatis, veniant debitorum nomina?

LI.

Bona unde cenſeantur eſſe allodialia, vel feudalia: & num pactum retrovenditionis, etiam in heredes tranſeat, atque eidem, ne quidem triginta annis præſcribatur?

LII.

An ſuper ijſdem articulis, poſt publicationem teſtificatorum, teſtium productio denuo admittatur?

NOBI-

# NOBIL. ET AMPLISSIorum JCtorum, DN. HIERONYMI TREUTLERI à Kroſthwitz S. CÆS. MAJESTATIS IN REGNO BOHEMIÆ Conſiliarij, & Fiſci Regij per utramque Luſatiam Patroni, &c. Atque adeo Dn. ANDREÆ SCHEPSI; J.V.D. celeberrimi, Advocati, in primarijs, tam Sileſiorum Ducatuum, quàm Marchionatus Luſatiæ, Synedriis, longè laudatiſsimi, Conſiliorum Voluminis 1.

## CONSILIUM I.

## Thema.

*An poſſeſſor teneatur reſpondere ijs, qui jura Creditoria in feudo prætendunt: & an emtor omne pretium rei emtæ dare cogi poſſit, antequam ei cautum ſit de Evictione.*

### SUMMARIA.

1 Species facti.

2 Emtor pretium rei emtæ retinere poteſt, donec ei caveatur, vel ſatiſdetur de evictione.

3 Retentio illa adeò favorabilis; ut etiam contra executionem ſententiæ concedatur.

4 Satiſdatio hoc caſu adverſus omnes præſtanda.

5 Creditor, qui prior eſt tempore, potior quoq; eſt jure.

6 Etiam ratione rei alteri in ſpecie obligatæ, quamvis alterius hypotheca eſſet tantum generalis.

7 Verum hoc eſt, etſi in hora præceſſiſſet obligatio.

8 Quinimò etiamſi in puncto duntaxat temporis prior eſſet.

9 Creditores, jus ſuum perſequi impediri non debent.

10 Vigilantia & diligentia Creditoris, qui immiſſionem obtinuit in bona debitoris, non obeſt anterioribus.

11 Prodeſt reliquis, qui ejuſdem ſunt tituli & conditionis.

12 Fructus rei pignoratæ computantur in ſortem.

13 Creditor poſſidens pignus, fructuſq; percipiens contra jus computandi fructus in ſolutum, nulla præſcriptione ſe tueri poteſt.

14 Creditor, qui ſcit & tacet, quando rem ſibi pignoratam debitor alienat, conſentire non præſumitur.

15 In fraudem fit, quoties aliquid de bonis minuitur, quo creditor cavere cogitur.

16 Creditor non aliter pignus remiſiſſe dicitur, quàm ſi expreſſe alienationi conſentiat.

17 Creditor, ſi præſens ſit, & non contradicat, nondum tamen conſenſiſſe præſumitur.

18 Tacitus Creditoris conſenſus, ex præſentia & ſcientia alienationis reſultans nō tollit pignus: neq; eo ipſo ſibi præjudicat.

19 In præjudicialibus tacens non videtur conſentire

20 Tacitus conſenſus non inducitur in his, quæ tendunt in alicuius præjudicium; ſed requiritur conſenſus verbis vel factis expreſſus.

21 Nemo id, quod ſuum eſt, jactare præſumitur.

22 Quilibet ad conſervandum potius tendit, quam ad perdendum.

23 Pignus debitori remiſſum eſſe non debet præſumi.

24 Juri ſuo nemo renunciare præſumitur.

25 Remiſſio & renunciatio nunquam præſumitur, niſi probetur.

26 Et quidem evidenter, ac per probationes arctiores.

27 Ex actu proximo non inducitur renunciatio, niſi illud expreſſè agatur.

28 Semper facienda eſt interpretatio, ut evitetur præſumtio remiſſionis.

29 Error potius, etiam in facto proprio, quam juris ſui remiſſio præſumitur.

30 Quando ſumi poteſt alia interpretatio, quam renunciatio, ſumenda eſt.

31 Remiſſio juris ſui, donatio cenſetur.

32 Donatio nunquam præſumitur, quando alia, etiam levis conjectura haberi poteſt.

33 Fatuum potius quem fuiſſe, quàm donare voluiſſe creditur.

34 Hypotheca anterior impedit effectum alienationis & tranſlat. onis dominij.

35 Hypotheca non extinguitur per alienationem.

36 Alienatio pignoris per debitorem facta, creditori non nocet.

37 Res etiam generaliter hypothecata, ſi alienetur, jure pignoris obligata manet, & à tertio quoq; poſſeſſore revocari poteſt.

38 Hypotheca generalis efficit, ut liceat creditori agere, & rei incumbere, jure pignoris.

39 Onus reale tranſit una cum ſua cauſa, in quemcunq; poſſeſſorem.

40 Debitor nullo modo deteriorem creditoris conditionem facere poteſt.

41 Contractus à lege prohibitus, ipſo jure nullus eſt.

42 Nullum, & inutile idem eſt.

43 Nullum quod eſt, effectu quoq; caret.

44 Neq; executionem meretur.

45 Ex contractu nullo, nihil tranſit, adeò ut nec ope exceptionis, poſſeſſio defendi, aut retineri poſſit.

46 Exceptiones peremtoriæ impediunt ingreſſum litis.

47 Exceptio, ubi non competit actio, eſt litis finitæ.

48 Quin & litis conteſtationem fieri impedit.

49 Creditoris conditio fit deterior, ſi per ſubhaſtationem, ſive ſub haſta fiat venditio.

50 Tacendo conſentit & probat, ac per contrarium remittit, quod ſibi competebat, præſertim, cum quod agebatur, contradicendo potuerit impedire.

51 Jura vigilantibus beneficia ſua impertiuntur.

52 Præſens alienationi rei ſuæ, & non contradicens, conſentire dicitur.

53 Citatio notificata eum præſentem fingit.

54 Subhaſtationis cauſæ, & effectus.

55 Publicæ utilitatis ratione receditur à regulis juris, & permittitur illud, quod alioqui prohibitum eſt.

56 Subhaſtatio omnem evictionem & actionem excludit.

57 Subhaſtatio confirmat dominium emtori, contra omnes alios, qui aliquid juris in re ſubhaſtata prætendunt

58 Venditio autoritate magiſtratus facta, omninò ſubſiſtere debet.
59 Contra naturam venditionis eſt; ut rei venditæ non transferatur dominium.
60 Traditione transferuntur rerum dominia.
61 Juſtè poſſidet, qui Prætore autore poſſidet.
62 Bonæ fidei poſſeſſor eſſe dicitur, qui autoritate judicis poſſidet.
63 Fundans ſe in diſpoſitione qualificata, eam ſpecificè probare debet.
64 Qui contra ſe habet præſumtiones, ille tenetur intentionem ſuam probare per efficaciores & apertiſſimas probationes.
65 Non ſufficit aliquid allegari, ſed oportet etiam probari.
66 Pro debito illiquido, nulla executio, neq; in rem, vel in perſonam permittitur.
67 Debitum liquidum eſt, de cujus quantitate conſtat.
68 Quoties de quantitate debiti non conſtat, toties exceptio debiti illiquidi executionem remoratur.
69 Executionis pars præambula eſt debiti liquidatio.
70 Executioni opponi poſſunt exceptiones notoriæ.
71 Bona generaliter obligata, liberè & ſine onere alienari poſſunt: non item ſpecialiter & expreſſè obligata.
72 Pignus ſolvitur voluntate Creditorum expreſſa vel tacita.
73 Alienationi pignoris conſentiens, jus ſuum remittit, niſi contra fuerit proteſtatus, vel ipſa venditio caruerit effectu.
74 Creditor alienationi pignoris non contradicens, vel novæ obligationi conſentiens, prioritatem & jus ſuum amittit, ita ut poſterior præferatur.
75 Taciti & expreſſi eadem vis, idemque judicium.
76 Sententia in hac cauſa.

## Auxilium à Domino.

1 DEr Fall verhelt ſich kürtzlichen alſo: Es hat † A vor dieſem / B. etliche Gelder / benentlich NN. Thal. auff ein ſtücke Gutes Krafft vnd Jnhalt ſeines darüber gegebenen Brieſes / vnd Siegels / ſo wol hierauſſer des Königlichen Ampts darzu erlangten gunſt vnd Conſens / geliehen vnd vorgeſatzt, doch alſo / der geſtalt / vnd expreſſa conventione da gedachter B. auff benamten Termin die Gelder nicht wider erlegen würde / Solte alßdan A. alſo baldt durch die ſchleunige Amptshülffe in daß jhme verpfändet ſtück Gutes ſich einweiſen laſſen: Welches dann auch hernach im jahr N. auff erlangte Amptshülffe geſchehen / vnd A ſolch ſtück Guts eine zeitlang innegehabt / in meinung / der debitor principalis würde ſolches wider an ſich löſen: Welches aber / vber zuverſicht von jhme nicht geſchehen vnd nachblieben iſt. Dieweil aber A. hernach vnd hierüber ſolch ſtücke Guts derogeſtalt ferner innezuhaben bedencklich vorgefallen / hat er durch ordentliche mittel des Königlichen Ampts zu N. Hoffgerichte / vnnd dem altherkommenen Landesbrauch nach / ſolches Gut Anno N auffbieten laſſen / Ob etwan jemandts vorhanden were / der ein älter vnd beſſer Recht / alß er hette / damit ſich derſelbe, in Jahr vnd Tag / wie ſonſt gebräuchlichen / angeben möge Es hat ſich aber keiner funden / noch angeben wollen / auch mit dem geringſten nicht: vielweniger iſt der debitor oder ſeine Erben daſſelbe Gut abzulöſen bedacht geweſen.

Dieweil aber A etlicher maſſen in bedencken geſtanden; Sintemaln das Dorff ein mehres werth geweſen / als es jhme durch das Königliche Hoffgericht zubehalten zuerkandt, hat er noch zu allem vberfluß hierauff durch ehrlicher Leute vnterhandlung mit B. ſich in einen erblichē Kauff Anno N den N. April. Beſage vnd Jnhalts hierüber auffgerichten Kauffbriefs / eingelaſſen / vnd vmb N. N. thal. obgemeldtes Dorff erblichen erkaufft: Ja / es hat auch Verkauffer dem Kauffer ſolch ſtück Guts / beym Königlichen Ampt zu Lehen gegeben, vnd ſich alſo zu der zeit Niemādes gefunden / der einig Recht / in dieſem ſtück Guts zuſuchen begehret / vnd dannenhero nach erfolgtem richtigen Kauff / vnd wircklichen belehnung / der Kauffer / vber verwehrte zeit / & ſic continuata poſſeſſione, bey ſeinem leben quietè, vnd von menniglichen vngehindert / vnangefochten vnnd vnperturbiret ſolches Dorff genoſſen / innegehabt vnd beſeſſen Vnd melden beydes der Kauff / vnd Lehenbrieff das auff dem gut N. kein Verleibdingung / Amptsgunſt / oder Elterrecht darauff nicht haffte: auch weder mit Geiſtlichē / noch Weltlichen ſchulden beleget ſey.

Hierauß dann zuerſehen / das A. Recht / tam in meritis cauſæ, quam in proceſſu, gantz richtig vnd beſtendig geweſen.

Nach abſterben aber A. vnd B. als nun das Gut faſt bezahlet / vnd / beſage des Kauffbriefs / eine ſumma Geldes noch hinterſtellig / welche vor die Gewehr / ſo noch nicht volnzogen worden / hafftet / vnd wie diſſeits zum rechten verhoffet / billich innebehalten wirdt: weil der † Verkauffer berechtiget / ſich des Juris retentionis zugebrauchen / vnd das Kaufgelt innenzubehalten, donec ſibi caveatur, vel ſatisdetur de evictione. *l. 4. l. 17. ff. de Evicti. l. pen. de peric. & com l. Julianus. §. offerri. & ibi Bartol. n. 4. ff de act. emt. Gomez. tom. 2. var. reſolut. 4. 2. n. 39. Fabian. de Mont. in 6. quaſt. n. 51. Coler. de proceſ. Execut. p. 1. c. 2. num. 215. Petr. Heig. 1. quaſt. Iur. Civil. & Saxon. 36. n. 54. & ſeqq. Men. 2. arbitr. jud. cent 3 caſ. 224.* 2
Quod † jus retentionis adeo favorabile eſt, ut etiam contra executionem ſententiæ concedatur: *Magon. deciſ. Lucen. 81. n. 6.* Et † ſatiſdationem illam adverſus omnes præſtandam eſſe, verius & communius receptum eſt: *per l. fin. §. ult. de reſcind. vendit. & faciunt notata Caballin. tr. de evict. § 2. n. 12. per l. ſi poſt. C. dict. tit.* 3 4

Alß thun ſich erſt jetzo eben etliche finden vnd angeben / die vermeintlichen prætendiren ein elters Recht / vnd ſich des obgemelten Guts / ſo wol der hinterſtelligen Kauffgelder anmaſſen: da ſie doch vormals / wie droben gemeldet / bey leben A. vnd B. weder ſonſten jemandts ſich im wenigſten nit angegeben: noch das jemandt einig recht in dieſem Gut zuſuchen / angemeldet worden. Vnd wie ſichs anſehen leſſet / vermeinen / obgemelte Perſonen / jhr klage / vnd Jntent / dahero zuvertheidigen. Vnd zwar anfänglichen / ex trita & vulgata juris regula, qua dicitur: quod † creditor, prior tempore, potior ſit jure: *l. 2. l. ſi fundum. C. qui pot. in pign. hab. c. qui prior. de reg. jur. in 6. l. quoties utriuſque. ff. eod. l. qui balneum. l. qui potior. in pr. ff. qui pot. in pign. hab l. in operis. ff. locati.* Etiam † ratione rei, alteri in ſpecie obligatæ, quamvis is ipſe, qui prior eſt tempore, generalem tantum hypothecam habuerit: *text. in l. 2. ff. qui pot. in pign. hab. text. in l. generaliter. & ibi Bl. & Salic. C. eod. Neguzant. in tr. de Pignor. in 2. memb. 5 p. p. n. 14. Balduin. in tr. de Pignor. c. 19. verſ. demque. Ripa in l. privilegia. num. 6. ff. de privileg. Creditor.* Id quod verum eſt, † etiamſi in hora iſtorum præceſſiſſet obligatio: ut notatur per *gl. in l. ex pluribus. §. fin. ff. de Solut. quam pro notabili adducit Bald. in l. Imperator. col. 3 verſ. & nota. lect. 1. ff de Stat. homin. Felin. in cap. paſtoralis. col. 3 de reſcript. Socin conſ. 7. vol. 3.* Quinimò † etiamſi in puncto duntaxat temporis creditores iſti priores eſſent, præferri deberent, ut notat *Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Ioh. de Platea. in l. 1. in pr. C. de jure fiſci. lib.* 10. Ut ita † creditores jus ſuum perſequi, impediri non debeant: *Angel. in §. e contra. not. 3. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. facit l. injuriarum. § ſi quis me prohibeat. ff. de injur, l. qui pendentem. in fin. ff. de act. emt.* Accedit, quod † vigilantibus, & diligentia creditoris, qui immiſſionem obtinuit, in bona debitoris, non obſit illis, qui antetius pignus, vel potius jus habent. *l. diverſas. 8. l. eos 9. C. qui pot. in pign. hab. Dyn. in c. qui prior n. 18. de reg. jur. in 6. Neguzant de Pignor. in 2. memb. 3. p. p. n. 10. Petr. Frid. de contin. cauſ. lib. 3. c. 15. num. 7.* Et prodeſt † quoque reliquis, qui ejuſdem tituli ſunt, & conditionis: *l. cum unus. 12. de bon. aut. iud. poſſid. l. cum apud veteres. l. ult. C. eod. l. non con §. ſi plures, ut in poſſ. legat. vel fideicommiſſ. Neguz. de Pignor. d. loc n. 10. & p 3. memb. 2. n. 38. Vanderan. de Privil. Credit. cap. 15 Frider. d. l. cap. 15. n 1. Math. Brun de ceſſion. bonor. q. 24. pr. n. 4. Cujac. lib. 9. obſer. cap. 37. Petr. Heig. quaſt. Iur. q. 37 n. 36.* 5 6 7 8 9 10 11

Zum andern / weil ein prius, & potius jus verhanden / als ſey / angezogenes Pfandgut A. pfandesweiſſe, niemals

weiter

weitter / als nur vor ſeine Schuldt eingereumet vnd ver-
hafftet: das deſſentwegen alle die Nutzungen vnd Früchte/
ſo er daraus empfangen / oder empfahen mögen / zu ab-
ſchlag dieſer/vnd nicht einer gröſſern ſumma computiret,
vnd diß, was drüber von jhme eingenommen / beantwor-
tet / widergegeben vnd reſtituiret werden müſſen. Hoc
12 enim, quod † nimirum obventiones, & percepti,
ac percipiendi fructus rei pignoratæ computentur in
ſortem, ideſt, in ſolutionem ejus, quod debetur, & re-
liqui, qui ſuperſunt, reſtitui debeant, plus quam clarum
eſt in jure: quinimò, quod per fructus perceptos atte-
nuetur ſors, liberetur que ipſum pignus de hoc ſunt tex-
tus aperiſſimi in jure civili: *l. Cajus ff. de pignor. act. l. ſi is, qui
bona. §. 1. ff. de Pignor. & hypoc. l. ſi ea pactione* 14. *l ſi ea lege. C. de
uſur. l. 1. l. 2. & l. fin. C. de pignor. act. l. 1. Cod. de diſtract. pign. l ſi
dominium. C. de pignor. In jure verò Canonico in c. 1. & 2. c. con-
queſtus. 8. ext. de uſur. & cap. cum contra 8. de pignor. Andr. Geil.
2. obſerv. at. 3. n. 4. Iob Köppen. deciſ 22. n. 5 ac latiſſimè deducit
Henning Göden. conſ in ordine* 109. *n. 26. 27. & ſeqq. Myns. 6. obſ.*
13 71. Adeò, ut † creditor poſſidens pignus, fructusq; per-
cipiens, contra jus computandi fructus in ſolutum, præ-
ſcriptione ullâ ſe tueri non poſſit: per tradita, *Henning.
Göden. conſ. ult. n.* 264 *in fin.* quem refert & ſequitur Köp-
pen. *deciſ. 1. n. 7.*

Zum dritten / hetten ſie jhrem auff obbemelten Gut
habenden Pfandrecht niemalß renunciret; viel weniger
in angezogenen verkauff / gewilliget; So weren ſie auch
nuhmehr ſolches Pfands gerechtiget ſich anzumaſſen
wolbefugt. Wie auch der Innehaber ſolches Guts/Rede
vnd Antwort hierüber jhnen zugeben ſchuldig. Nam cre-
14 ditor, † qui ſcit, & tacet, quando debitor rem ſibi pigno-
ratam alienat, conſentire non præſumitur: quia ſcit rem
tranſire cum ſuo onere: *arg. l. ſicut. § non videtur. quib. mod.
pign. vel hypothec. ſolv. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. gloſſ. 9. n. 155.
Cephal. conſ. 589. n. 12. lib. 4. Rota Roman. deciſ. 788. n. 4. part. 1.
in noviſſ. Menoch. 6. Præſumt. 99. n. 21. adde text. in l. reſcriptum.
in pr. ff. de pact. ubi*, ij, qui hypothecas habent, non tenen-
tur conſentire creditorum majori parti debitum remit-
tenti: cujus deciſionis ratio non eſt alia: niſi, quod ſal-
vam habent hypothecam, atque ita realem actionem.
In quolibet enim contractu requiritur conſenſus eo-
rum, quorũ intereſt. Ita & in venditione rei oppignoratę
requiritur conſenſus creditorum: adeò, ut ſine ipſorum
conſenſu in fraudem facta dicatur venditio: Siquidem
15 in † fraudem fit, quoties aliquid de bonis minuitur: quo
creditor carere cogitur: *l. 1. & t. tit. ff. quæ in fraud. creditor. l.
mora. ff. de uſur. cum ſimilibus.*

16 Qua † de cauſa in alienatione pignoris, non aliter
dicitur creditor remiſiſſe pignus, quàm ſi expreſſe alie-
nationi conſentiat, & ideo; ſi non interveniat expreſ-
ſus conſenſus, nullo modo pignus fuiſſe remiſſum præ-
ſumitur: *per textum in l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel
hypothec. ſolvat. ubi Marcianus ICt. inquit.*

Non videtur conſenſiſſe creditor, ſi ſciente eo, debi-
tor rem vendiderit, cum ideò paſſus eſt venire, quod
ſciebat, VBIQVE PIGNVS SIBI DVRARE. *idq; in d. l. ſicut
notant Bart. Angel. & communiter Neguz. in tr. de Pignor. 3.
memb. 6. p p. n. 23. Burſat. conſ. 32. n. 38. ubi ad id adducit Boer. q.
23. n. 9. Idem voluit Caſtr. in l. ſervi electione. §. 1. ff. de leg. 1. Alber.
de Roſ. in l. ſi demus. §. fin. ff. eod. Franc. Balduin. tr. de pignor. tit.
quib. mod. pign. vel hypot. ſolv. verſ. conſenſiſſe autem. & ita com-
muniter receptum eſſe tradit. Maſcard. idem ſentiens in tr. de pro-
bat. volum. 3. concl.* 1573. *num. 9. Cagnol. in l. creditor. ff. de R. Iur.
Idem tradunt complures Dd. & Dec. in d. l. creditor. n. 1. ff. eod. ubi*
17 *ait*: Quod ſi creditor † eſſet præſens, & non contradice-
ret, non tamen ex hoc conſenſiſſe præſumatur, niſi ex-
preſſè id diceret, vel ageret, ut pignus ſolvatur: *Connan.
4. comment. jur. 19. n 5. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſumt. 119. per tot.
Mudans in tr. de pign. & hypothec. tit. quib. mod. pign. tollat. n. 14.*
18 *& 15. qui omnes tradunt.* Tacitum † conſenſum creditoris,
reſultantem ex præſentia & ſcientia alienationis, nõ tol-
lere pignus, neque eo ipſo creditorem ſibi præjudicare:
quia in hoc caſu non approbare expreſſè, eſt improbare:
*Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. haber. per l. procurator. in fin. ff. eod.*
regula enim eſt certa, quòd in † præjudicialib. tacẽs non 19
videtur conſentire: *l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. l. mutuus. ff. de
procurat. & tradit Innocent in c. in Geneſi. de elect. Dec. conſ. 98. in
fin. Salicet. in l. 1. §. magiſtrum autem. ff. de exercit. act. Alex conſil.
152. n. 9. vol. 7. Menoch. conſ. 158. num. 83. verſ. reſpondeo tertio.
Cephal. conſil. 133. num. 126. vol. 1. Gravet. conſ. 811. n. 4. Decian.
conſ. 4. n. 14.* Hinc eſt, ut in his, † quæ tendunt in alicu- 20
jus præjudicium non præſumatur, ſive inducatur con-
ſenſus tacitus, nec ſufficiat non contradicere, ſed requi-
ratur conſenſus verbis vel factis expreſſus: *Bart. in l. quæ
dotis. n. 22. ff. ſolut. matr l. Titius Sejo. ff. de conſtit. pecun. Modeſtin.
Piſtor. conſil. 45. num. 22. vol 1. Cephal. conſil. 120. n. 13. volum. 1.
Maſcard. de Probat. vol 1. concluſ. 417. num. 18. Roſenth. de feud.
cap. 9. membr. 2. concl. 77. n. 6. & ſeqq.* cum enim † nemo id, 21
quod ſuum eſt, jactare præſumatur. *text. in l. cum de indebi-
to. §. qui enim ſolvit. ff. de condict. indebit. l. fin. C. arbit. tut. l. Cam-
panus. ff. de opor. libert. Afflict. deciſ. 13. num. 14. & deciſ. 315. n. 5.
Zoanet. in l. 2. n. 54. C. de pact. int. emt. & vendit. Cacher. deciſ. 17.
num. 8.* Et quilibet † ad conſervandum potius tendat, 22
quàm ad perdendum: ut ait, *Bald. conſ. 39. num. 6. vol. 1. per
text. in c. ſuper hoc, de renunc. & d. l. cum de indebito. ff de condict.
indeb.* tum verò † multò minus, in caſu propoſito, pi- 23
gnus à creditore, debitori remiſſum, præſumendum eſt:
*ut reſpondit Bartol. in l. quæ dotis. n. 22. ff. ſolut. matr. & in l. fin.
C. de remiſſ pign. Celſ. Hug. conſ. 10. n. 5. Burſat. conſ. 32 num. 38.*
Cujus rei ea aſſignatur ratio: quia nemo † juri ſuo re- 24
nunciare præſumitur: *l. ſi demus. ff. de ſervit. urban præd.*
Et quia † remiſſio & renunciatio, nunquam factæ præ- 25
ſumuntur, niſi probentur: *text. in c. ſuper hoc de renunciat.
Bald. in l. 1. not. ult. Cod. de edict. D. Hadrian. toll. Cephal. conſ. 25.
n. 49. vol. 1 & conſ. 547. num. 39. vol. 4. Decian. conſ. 100. n. 24.
vol. 3. Gravett. conſ. 200. num. 10. vol. 1. Weſenbec. conſ. 11. n. 34.*
Et quidem † evidenter, ac per probationes arctiores: 26
*ut tradit Cephal conſ. 84. in fin. vol. 1.* Adeò † ut ex actu ali- 27
quo, etiam proximo, non inducantur, niſi illud expreſſè
agatur: *c. ſanè. & ibi gloſſ. in verb ſuſtinere in fin. de renunciation.
Menoch. ac per eum allegati conſ. 389. n. 13. libr. 4.* Immò ſem-
per † facienda eſt interpretatio, ut evitetur remiſſionis 28
præſumtio: *ut latiſſimè tradunt Tiraq. in l. ſi unquam, in præ-
fat. n. 128. C. de revoc. donat. Dec. in l. poſtquam, n, 16. C. de Pact.
& conſ. 352. num. 8. Natta conſ. 28. in fin. Rum. conſ. 127. nn. 19.
vol. 3. ubi dicit*: Quod potius † præſumitur error, etiam in 29
facto proprio, quàm juris ſui remiſſio: *Decian. conſ. 55.
n. 33. vol. 2. fac. l. eleganter. §. qui reprobes. ff. de pignor. action. ubi
dicitur*: quod, quando † ſumi poteſt alia interpretatio, 30
quàm juris proprij renunciatio, illa potius ſumenda ſit:
*idem docet Gravet. conſil. 37. num. 14. Cephal. conſ. 25. num. 50.
vol. 1. & conſ. 434. n. 5. vol 3.* quippe † cum remiſſio juris 31
ſui cenſeatur, & in effectu ſit, quæpiam donatio: *l. 1. ff.
de tranſact. l. contra. § ſi filius: ff. de pact. l. Modeſtinus ff. de donat.
Dec. in l. ſi quis obligatione. ff. de R. I. Tiraqu. in d. l. ſi unquam. verb.
donatione largitus. n. 173. & ſeq. & ibid. Ripa. quæſt. 11. num. 20.
C. de revoc. donat. Rolan. à Val. conſ. 11. num. 17. vol. 1. & conſ. 64.
n. 20. vol. 2. Modeſtin. Piſtor. conſ. 23. n. 24. vol. 1.*

At donatio † nunquam præſumitur, & ad evitandam 32
præſumtionem donationis ſufficit, quando alia, etiam
levis conjectura haberi poteſt: *l. ſi cum aurum. ff de ſolution.
l. cum de indebito. ff. de Probat. Corn. conſil. 202. n. 21. lib. 2. Afflict.
deciſ. 44. num. 24. & deciſ. 80. num. 4. Surd. in tr. de aliment. lib.
6. q. 11. n. 21. Bald. in l. 1. C. ad Trebell. Natta conſ. 73. n. 9. lib. 1. &
conſil. 616. n. 146. lib. 3. Grammat. conſ. 89. n. 7. & 8. Rimin. Iun.
conſil. 697. num. 6 in fin. lib. 6. Dec. conſ. 402. n. 6. Corn. conſ. 233.
num. 2. lib. 2. Port Imol. conſil. 125. num. 12. Menoch. de præſumt.
præſ. 8. num. 14 præſ. 12. n. 10. præſ. 71. n. 2. lib. 3. Pariſ. conſil. 49.
num. 39. Vol. 3.* adeò, † ut potius fatuum quem fuiſſe, 33
quam donare voluiſſe, credatur: *Bald in l. generaliter. C. de
non numerat. pec. & conſ. 189. inc. creditor. in fin volum. 4. Iaſ. in
l. ſi fundum, num. 15. ff. de legat. 1. & in prælud feud. num 12.*



Google

*Mozz. in tr. de contract. rubr. de natural. donat. n. 3. Maſcard. de Probat. concl. de donat. Menoch. de arbitr. jud. quæſtion. caſ. 88. n. 2. & in conſ. 1. n. 215.*

Welches vers vierte vmb ſo viel mehr in gegenwerti-
gem Fall Stadt gewinne, weil im Rechten geordnet:
34 quod hypotheca † anterior impediat effectum ſequen-
tis alienationis, & translationis dominij. *Bartol. in l. qui
fundum ff. locat. & l. 1. § qui autem. ff. de ſuperfic. & l. ſi filiofamil.
§. ſi in quinquennium. ff. ſol. matr. Paul. de Caſtrenſ. in l. ſi merces.
§. ſi fundum ff. locat. & in l. ſi quis ita. §. aa. ff. de Verb. oblig. Alex.
in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſſ. & conſil. 67. colum. fin. verſ.
vel poteſt reſponderi lib. 2. & conſil. 59. & conſil. 118. colum. final.
volum. 5. Bald. Angel. & Salic. in l. emtorem. C. locat. Abb. in c. fin.
ne Prælat. vic. ſuas. Salicet. in l. mancipia. C. de reb. alien. non
alien. Bald. in l. 1. colum. penul. verſ. pone maritus. C. de fruct. & lit.
expenſ. & conſil. 394. volum. 3. Corn. conſil. 321. colum. 1. & ſeqq.
Brun. conſil. 67. volum. 2. Guid. Pap. quæſt. 480. Apoſtil. ad deciſ.
Tholoſ. 420. Grat. conſil. 95. num. 12. volum. 1. ubi dicit iſtam
opinionem communem eſſe: Marian. Iun. conſil. 118. colum. fin.
volum. 2. Fulgoſ. conſil. 116. poſt medium. verſ. illud porrò dicendum.
Rota deciſ. 861. ſi vendatur in antiq. Crot. in l. filiusfamil. §. Divi.
colum. 26. in limit. 4. ff. de legat. 1. Gravet. conſ. 485. num. 1. vol. 3.
Cuman. conſil. 20. incip. magiſter. per tot.* Et hypothecam † in
35 bonis non extingui, per alienationem bonorum, ſed
tranſire cum illis, *affirmat Bertachin. in verb. hypotheca in bo-
36 nis: ubi allegat l. unic. C. rem alien. gerent.* Hinc dicimus † a-
lienationem pignoris, per debitorem factam, creditori
nunquam nocere poſſe: *text. in l. debitor. C. de Pignor. per
quem textum illud idem affirmat Bertachin. in repertor. verb. alie-
natio pignoris.*

37 Atque hanc ſententiam, quod nimirum † res, etiam
generaliter hypothecata ſi illa alienetur, jure pignoris
obligata maneat, & propterea, etiam à tertio poſſeſſore
revocari poſſit, tenent, *Socin. ſen. conſil. 80. colum. 2. verſic. vel
etiam. lib. 3. Gravet. conſ. 201. col. 2. verſ. planè in caſu iſto. & col. 3.
n. 9. verſ. poſtremo. Caſtrenſ. conſil. 334. inc. laudatio. in fin. lib. 1.
Brun. conſ. 67. n. 6. Menoch. conſ. 63. num. 17. & 18. ubi affirmat*
38 hypothecam † generalem omnium bonorum hoc effi-
cere, ut liceat creditori agere, & rei incumbere, jure
39 pignoris. *Subditque ibid. num. 11.* Onus † reale tranſire in
quemcunque poſſeſſorem, etiam ſingularem: per hanc
rationem, quod onus rei annexum, tranſeat ſemper una
cum ſua cauſa: *l. Iulianus. l. Cajus. ibique Bart. ff. de manum.
teſtam. l. Pomponius. §. 1. ff. de acquir. poſſ. Tiraquel. in tractat. de
retr. conſang. §. 1. gloſ. 10. num. 13. Afflict. deciſ. 96. num. 3. So-
cin. Iun. conſil. 74. num. 8. lib. 3. Pariſ. conſil. 127. n. 12. lib. 4. Cu-
man. conſil. 155. col. 3. verſ. ad ſecundum ſequitur. Gozadin. conſ. 23.
num. 9. Brun. conſ. 66. Socin. Iun. conſ. 129. volum. 2. Alexan. conſ.
58. num. 5. Iaſon. conſil. 211. præſens conſultatio colum. 6. lib. 2. ubi
hanc magis communem dicit: Borgn. Cavalc. in deciſ. Fuſcan. de
contract. part. 2. deciſ. 16. num. 10.* qui omnes per hanc ipſam
rationem, quod res generaliter hypothecata, ſi aliene-
tur, maneat obligata, adeoque cum ea hypotheca,
tranſeat, ſi emtor promiſerit creditori, ſub hypotheca
omnium bonorum, fundum venditum retrovendere,
vi illius hypothecæ generalis, etiam omnium bonorum,
contra ſecundum emtorem, & Poſſeſſorem, in rem, ad
conſequendum iſtum fundum, venditorem agere poſ-
ſe, conſtanter affirmant: ſicut etiam ex eodem prædicto
fundamento, & ratione illud tradunt, *Paul. de Caſtr. in
l. ſi cum venderet. ff. de Pignor. act. Aretin. in §. fin. Inſtit. quib. mod.
toll. oblig. Ioh. Andr. & Archid. in c. cum quæſtus, de uſur. Capol. de
ſimulat. contract. in pr. verſ. 2. caſ. 3. Ioh. Fab. in l. 1. in fin. ff. quand.
ab emt. lic. diſced. Mauſſer. in pract. tit. de emtion. Et probat opi-
nionem latè conſuluit Socin. conſil. 80. colum. 1. volum. 3. allegans ita
tenere Cuman. in l. 1. in fin. de donat. Salic. in l. prædium. C. de adilit.
edict. Alexand. conſil. 67. col. fin. verſ. vel poteſt reſponderi. vol. 2.
Ant. Burg. in c. ad noſtram colum. antepenul. de emtion. & vendit.*

Vnd zum Beſchluß/ ſo iſt ein allgemein Rechts Regul:
40 Debitorem † nullo jure vendendo, donando, legando,
vel alijs modis deteriorem creditorum conditionem
facere poſſe: *l. ult. ff. de pact. l. debitorum. C. eod. l. debitorem.
C. de pignor. & hypothec. l. 12. C. de diſtract. pign. l. habere. ff. de e-
viction.* Conſequens igitur eſt, contractum, † à quo lex 41
removet potentiam: vel quem prohibet, ipſo jure nul-
lum eſſe: *l. à Divo. in fin. ff. de rit. nupt. l. non dubium. C. de legib.
Bald. in l. 1. C. plus val. quod ag. & in §. ad hæc. colum. 2. de pac. ju-
ram. firmand. l. libertum minorem. ff. de jur. patron. l. 4. C. de præ-
dit. min. l. nemo poteſt. ubi Bologn. & Iaſ. ff. de legat. 1. Franciſ. Viu.
369. num. 19.* cum † nullum, & inutile idem ſit, & imagi- 42
ne rei careat: *Flamin. Pariſ. q. 46. num. 25. 29. & 31. de confi-
den. benefic.* Ac ideò illud, quod † ipſo jure nullum eſt, 43
nullum effectum producere poteſt: *c. non præſtat. de Reg.
jur. in 6. Menoch. conſil. 350. num. 14. Roland. à Vall. conſil. 76.
num. 21. volum. 2. Petr. Pek. in d. c. non præſtat. & Weſenbec. §. 1.
num. 7. Inſtit. de Inſtitut. & exhered. liber.* neque † executio- 44
nem meretur: *Camil. Borel. conſil. 38. num. 22. Franciſ. Mila-
nenſ. deciſ. Regn. Sicil. 2. num. 154.* Et in ſumma, quoties † 45
contractus ob legis prohibitionem nullus eſt, adeò ni-
hil ex eo contractu tranſit, ut nec ope exceptionis, poſ-
ſeſſio defendi, aut retineri poſſit: *Coraſ. in l. non dubium.
num. 20. C. de legib. Bart. & Iaſ. ad l. 1. §. ſi vir uxori. ff. de acquir.
poſſ. ibid. Ioh. Bologn. à num. 66. uſque ad num. 82. Petr. Coſtal.
ad l. 26. de donat. inter vir. & uxor. Weſenbec. conſil. 66.
num. 1.*

Auß dieſen vnd andern Vrſachen/ vermeinen die nun
erſt herfürkommende creditores, jhr Prioritetiſch ange-
gebenes Pfandrecht in N. zuſuchen/ vnnd zuverthei-
digen.

Hiergegen haben die N.N. als Beſitzere deß Guts N.
ex jure ſuo proprio, titulo ſpecialis emtionis, immiſſio-
nis, ſubhaſtationis, &c. urgentiſſimas, planeque notorias
exceptiones, die ſie/ tàm in meritis cauſæ, quàm ad eli-
dendam actionem, obgemeldten verſpäteten creditoribus
objiciren können/ vmb deren willen ſie denſelben zu Recht
zuantworten nicht ſchuldig: Sondern vero vnrechtmäſ-
ſige/ frivoliſche/ jugenötigte Klage hinweg nehmen/ allen
Streit auffheben/ vnd ſie von allem vermeinten An- vnnd
Zuſpruch finaliter vñ gäntzlich entbinden/ vñ loß machen.
Nã exceptiones † peremtoriæ impediunt ingreſſum litis: 46
neque actor amplius audiendus eſt: *c. 1. de lit. conteſt. in 6.
l. cauſas. C. de tranſact. Bart. & alij in l. eleganter. §. ſi quis. de con-
dict. indebit. & not. in l. cum quærebatur. ff. de judic. ſolu. Socin. &
Franc. in d. c. 1. except. 2. de lit. conteſt. Alexand. in l. vir bonus in ad-
dit. ff. jud. ſolvi. & Dd. communiter in l. fratris. C. de tranſ. & l. i-
dem. ff. de re judic.* Sic quoque incerti juris illud non eſt:
quod † exceptio: Tibi non competit actio, litis finitæ ſit: 47
*Specul. tit. de Except. §. dicto colum. ult. Coler. in tr. de Proceſ. execu.
p. 4. c. 1. num. 156. Erneſt. Cothm. conſil. 30. num. 311. Blanc. tr. de
except. imped. lit. ingreſ. c. 4. in pr. ubi is hanc veram & magis com-
munem eſſe atteſtatur.* Sed & in ſpecie, quod † exceptio il- 48
la litis conteſtationem fieri impediat, tradit *Socin. de lit.
conteſtat. c. 1. q. princ. 7. except. 16. lib. 6.*

Vnd kombt dieſem Theil erſtlichen zuſtatten/ exceptio
nullitatis, das nemlich obbemelten Perſonen kein Recht/
vnd Execution/ wider NN in das Gut N. competire:
Denn ob ſie ſchon in B. Güter/ ein General Pfandrecht
erlanget haben möchten/ iſt doch N. von ſolchen Gütern
per ſubhaſtationem, quę omnem evictionem, omnemq;
actionem in rem, ſub haſta, venditam excludit, hinweg
verkaufft worden. Vnd ob wol ſonſten regulariter dem
alſo: quod debitor, vendendo, donando, aut quovis
modo alienando, deteriorem creditoris conditionem,
facere non poſſit: So iſt doch ein anders hiergegen/ vnd
in ſpecie verſehen/ ſi per ſubhaſtationem, ſive ſub haſtâ
fiat venditio: tum † enim deterior creditoris fit condi- 49
tio, ipſeque jus pignoris amittit, ſi taceat & conſentiat.
*Dambud. de diſtract. pign. ſub haſta. circa fin. Maſuer. de execut.
num. 20. traditque notabiliter Coler. de Proceſ. execut. p. 3. cap. 9.
n. 86. & ſeqq. eſtque text. in l. ſi prædium. 4. C. de eviction. l. 2. ff.
numer. 11. libr. 1. Bald. conſil. 189 num. 3. vol. 2. Cephal. conſil.
259. num. 32. lib. 2. & conſ. 335. num 25. lib. 3. Socin. Sen. conſ.
55. num. 20

Eadem ratione videmus contractus hujus nomen in
inſtrumento expreſſum eſſe; unde & non eſſe hunc con-
tractum ſimpliciter permutationem: ſed emtionis &
venditionis manifeſtè ſatis conſtat: ac etiamſi ex nomi-
natione id non appareret: tamen ex verbis ipſius inſtru-
menti ſatis conſtare poſſet. Nam verba prima Inſtru-
menti ſunt: Iſt ein beſtändiger vnwiderrüfflicher / auff-
richtiger / Erblicher vnd verbindlicher Erbkauff behan-
delt vnd geſchloſſen. Principium verò, † tanquam cauſa 51
finalis, qualitatem rei demonſtrans, conſiderandum
eſt: l. at liberis. ubi Bald. C. de collat. & l. fin. ff de hered. inſtit.
Mynſ. dec. 1 conſ. 10. num. 46. So vermag auch das Mittel
vnd Ende einen Kauff. In medio ſtehen dieſe Wort: weil
A. vber ſolche kauffgelder. Item, bald hernach hierüber
dieſſen Kauffbrieff. In concluſione, dieſe wort zu Vhr-
kundt / vnd mehrer Nachrichtung ſindt hierüber zweene
Kauffbrieffe eines Lauts vnd handſchrifft verfertiget:
Medio autem † poſita, referuntur ad principium & fi- 52
nem: Speculat. de diſput. & alleg. §. 4. verſ. vel in principio. Et
† concluſio, quæ ſola attendi debet, Bl. in l. ſi voluntate. C. 53
de reſcind. vendit. eſt † perfectio totius operis: Bl. in prælud. 54
feud. in pr. Bertach. in repert. verb. concluſ. verſ. 7. Et † præſum- 55
tio voluntatis partium; tàm à priori, quam à poſteriori,
& ab utroque ſimul, deprehenditur. Bald. in l. multum in-
tereſt. C. ſi quis alt. vel ſibi. Socin. Sen conſ. 87. col. penult. verſ. con-
firmatur etiam. vol. 1. facit l. 4. §. ſi ab ignoto. ff. de manum & l.
Titio. §. idem reſpondit. ff. de verb. Obl. Bevorauß / weil allhier
in dieſem Contract auch der Kauffſumm gedacht / vnd
davon per verba diſerta & expreſſa diſponiret. In † pre- 56
tio autem, ſine quo contractus eſt nullus, ſubſtantia em-
tionis & venditionis conſiſtit: l. emtis fides. C. de act. emt. l. 2.
l. pacta conventa. ff. de contrah. emt. Et † ubi aliqua fit pretii 57
mentio, ibi quoque emtio & venditio celebrata eſt: arg.
l. ult. & ibi gl. C. de præd. decurion. lib. 10. Ioh. Andr. in addit.
ad Speculat. tit. de emt. & Vendit. §. nunc dicendum. verſ. ſed po-
ne ſtatutum. Becc. conſ. 42. num. 2. Surd. conſ. 5. & conſ. 52. nu.
4. & conſ. 433. num. 27. Vnd den vngeſtandenen Fall zu-
ſetzen / das es gleich eine ſchlechte permutatio were: ſo iſt
doch Clares Rechtens / quod etiam † in permutatione 58
locum habeat Evictio: l. 2. ff de rer permut. l. 19. §. penult.
de ædil. edict. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 14. n. 28. Caballin. in tr.
de Evict. num. 43. Quandoquidem † permutatio vicem 59
obtinet emtionis, & eſt ſimilis venditioni; & per conſe-
quens, in ipſa locum habet evictio: textus expreſſus in l. 1.
C de rer. permut. Dec. conſ. 281. col. 1. & conſ. 555. numer. 10.
per l. ſi permutationis: ubi Dd. C. de Evict. Socin. Iun. conſ. 84.
num. 5 lib 2. Ruin. conſ 94. num 6. lib. 1 faciunt text. l. 17. ff.
de contrah. emt. l. qui fundum. 40. §. 2. ff. eod. l. ea quæ. 43. l. cum
ſervo 63. §. 1. l. in vendendo. 66. cum l. ſeq. ff. eod. Dahero
nichts daran gelegē iſt / wan ſchon nichts im Kauffbrieff /
von der gewehr zubefinden / wenn auch ſchon die Clauſula
Evictionis auſſengelaſſen: Dann es doch ebener maſſen
vnleugbaren Rechtens: Quod † venditor, ex natura 60
contractus, de Evictione ipſo jure teneatur, etiamſi ni-
hil de ea convenerit: l. ex emto. §. 1. ff. de act. emt. l. emtorem.
§. ego autem. juncta gl. in verb. omnes. C. eod. l. ſi prædium. C. de
Eviction. Caballin. d. tr. §. 5. num. 66. Vnde † & de eadem 61
tenebitur, etiamſi eam non promiſerit: l. non dubitatur.
ubi Bald. C. de Eviction. l. 1. in princip ff de rer. permut. l. 2. l.
quod ſi nolit. §. quia aſſidua ff. de Evict. Caſtrenſ. conſ. 207. in
princ. vol. 1. Dec. conſ. 483. num. 15. Decian. conſ. 2. numer. 145.
vol. 2. Burſat. conſ. 100 num. 7. vol. 1. & inter regulas ſuas retulit
Duenn. reg. 621. Et † alias in genere traditum eſt, clauſu- 62
lam apponi ſolitam, pro appoſita haberi: per text. l. fin. §.
fin. C. de fideicommiſſ. Ruin. conſil 74. num. 1. vol. 1. Nevizan.
conſil. 28. in princip. Quod † ita etiam de hypotheca 63
apponi ſolita, neque tamen expreſsè appoſita, tradit
Tiraq. de retract. convent. §. 3. gl. 1. num. 6. verſic. & hæc o-
mnia Cephal. conſil. 658. nu. 7. lib. 5. Alſo auch das die an-
gezogen

geſagenen defectum nicht newe / vnd ex nova cauſa,
poſt perfectum jam contractum , Erſt emergiret:
ſonder zuvor ſchon/ vnd ante contractum geweſen / gibt
das Vrbarij Regiſter / welches clar vermag / daß B. N.
N Malter Acker/desgleichen die Fiſcherey mit verkaufft
hat da doch nur N Malter darauffgeſehet werden kön-
nen / vnd die Fiſcherey von den benachbarten ſtrittig
gemacht / vnd gehindert wirdt. Anderer groſſen Sub-
ſtantial Mängel / nach laut des Vrbarij Regiſters zuge-
ſchweigen. Darumb darff es keines einigen fernern Be-
64 weiſſes. Vnd ligt derwegen B. im wege facti † Evi-
dentia, quæ omnium probationum eſt validiſſima: per
c. ad evidentiam. ext. de accuſat. Azo in ſumma. C. ad L. Aquil.
Bl. in rubr. ſol. 1. in fin. C. de Probat. Laſ. in l. 1. numer. 10. ff. de
nov. oper. nunc. Maſcard. de Probat. lib. 1. qu. 8. num. 1. & ſeqq.
Laſ. in l. de perjurio. de in lit. jur. gl. in c. ad noſtram in verb. re-
quirit. extr. de jurejur. Vnd iſt alſo B. nicht allein die ge-
65 wehrs Mängel / ſondern auch † die verurſachten ſchä-
den vnd vnkoſten zuerſtatten ſchuldig. per l. venditores. ff.
de Verb. obligat. & l. 1. C. de Eviction. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ.
56. num 20. & 33. Vnd irret weniger dann nichts. was
oben geſetzt; Venditorem non teneri de Evictione, ob
minorem majoremque rerum venditarum repertum
numerum, menſuram, vel quantitatem; quoties non à
menſura vel numero; ſed à corpore , vel certà ſpecie
Venditio incepit. Dann ſolches alſo beſchaffen: quan-
do colligi poteſt, mentem & intentionem contrahen-
tium fuiſſe hanc, ut à corpore non à numero venditio
inciperet, quod ſi autem illud, certò colligi nequit, po-
tius dicendum eſt, à numero contractum exorſum eſſe:
66 quodque † conſequens eſt, de eo , quod deeſt; rectè
contra venditorem agi : ita in ſpecie decidit Gomez. lib. 2.
var. reſolut. c. 2. numer. 16. Tiber Decian. conſil. 44. numer. 7.
vol. 1.

Nun aber iſt dißfals offenbar/ das A. das gut N.
nichts als ein certum , determinatumque corpus ge-
kaufft: ſondern ſeinen reſpect gehabt / auff das Vrbarij
Regiſter, vnd denn darinnen befindtlichen Anſchlag vnd
Zugehörungen dahero Er auch Dimenſionem, & æſti-
mationem ſuam genohmen/ de pretio, daß er für ſolch
gut geben wolte. Vnd were ihme Liber ille cenſualis
vergebens zu beſtellet / wann er obberürtes gut / ut cer-
tum , determinatumque corpus hette Kauffen / vnd
durch den bogen fahren wollen. Ocularis igitur in-
ſpectio non tollit Evictionem hoc caſu, quia non po-
tuit deprehendere per intuitum primum omnes de-
fectus : quin potius reſpexit, ad librum illum cenſua-
lem, cui quantitas, & pertinentiæ illius fundi expreſ-
ſim inſertæ fuerunt. Denn ob A. wol das gut obiter
in Augenſchein: ſo hat Er doch dem Verkauffer / or vi-
ro bono, & nobili, vnd ſeiner zuſage / vnd zugeſtelten
Vrbarij Regiſter billich getrawet / in gewiſſer zuverſicht/
würde nichts verkauffen / was er nicht gewehren kön-
ne. Cum etiam † ſimplex aſſertio viri Nobilis , non
ſecus, ac juramentum alterius corporale habeat vim
inſtantiſſimæ obligationis, ex qua, tam de jure Civili,
tam Canonico, actio oritur: teſte Corſet in repet. c. gran-
colum. 12. de ſupplend. negligent. prælat. in 6. Bonus de Cur-
mer. nobilit. p. 5. in 3. privil. nobil. Andr. ab Exea. in tr. de
num. 452. Nec † tantum datur Exceptio contra
venditorem, vendicantem rem, quam ipſe vendide-
rit, l. vendicantem. ff. de Eviction. Sed † etiam emtori con-
tra venditorem pretium petentem, competit Exceptio
non traditæ, vel non liberè traditæ, vel non vacuè
licæ, vel non effectualiter, aut integrè traditæ, l. qui
rem. ff. de act. emt. l. in venditione. l. ſi in emtione. §.
l. tenetur. §. ſed ſi fas mihi. & gloſſ. in §. offerri. l. Iulia-
ff. dict. tit. Vendell. Schilling. in except. forenſ. explan.
77. & 491. Tenetur † enim venditor ad va-
cuam, integram, & liberam rei venditæ poſſeſſionem
tradendam ; & indemnem ſervare debet emtorem:
text. in l. 1. in fin. cum ſequen. & l. in venditione. ff. de acti.
emt. Maſcard. de probat. concluſ. 608. numer. 1. & ſeqq. Vt-
que † res libere, & effectualiter nobis tradatur agere 71
rectè poſſimus, quantumvis res nondum evicta , ſi-
ve judicio ablata fuerit: Bl. in l. qui rem. C. de Eviction.
Caberan. deciſ. 24. num. 2. Alex. conſil. 67. verſ. & per i-
ſtam deciſionem. volum. 3. Dec. conſil. 483. num. 18. Bur-
ſat. conſil. 194. numer. 41. volum. 2. Theſſaur. deciſ. 102. ne-
que uſquam legibus traditum eſt , Emtorem, etiam
facto Principis accedente, poſſe impediri, quo minus,
quanto minoris actione, aut actione ex emto, ut res li-
bera & integra tradatur, jure experiatur. Quod † i- 72
gitur lege cautum non eſt , nobis quoque dicendum
non erit : l. illam. ibi Iaſon num. 6. C. de collat. Neviz. in
ſylv. nupt. libr. 5. num. 20. Capiſer. in tract. de numer. teſt. p.
1. c. 16 num. 3. & 4. Hart. Piſtor. libr. 1. quæſt. 8. numer.
2. quæſt. 15. num. 18. Sylvan. in tract. feud. quæſt. 10. nu-
mer. 1.

Will nun der Verkauffer das Kauffgelde haben/ ſo
wirdt wider deſſelben Clage vorgeſchützt; Exceptio † non 73
impleti contractus: quod venditor, non omnes res di-
ſtractas tradiderit, vel non eo modo, quo debuit, tradi-
derit: l. 2. §. 1. l. qui pendentem. l. bona fides. ff. de action. emt.
Oldendorp. in Enchirid. except. c. 53. pag. 359. Vnd † ehe dann 74
ſolche tradition von verkauffern beſchicht / iſt der kauffer
berechtiget ſich des Iuris retentionis zugebrauchen / vnd
am kauffgeldt ſo viel innen zubehalten/ alß ſolcher Män-
gel nutzung außtregt: Coler. de Proceſſ. Execut. part. 1. ca. 2.
nu. 243. Iure † enim cautum eſt, quod, qui non facit, 75
quod debet, non accipit, quod oportet: l. Iulianus. §. offer-
ri. ff. de action. emt. Bald. in c. 1. qual. dom. propr. feud. privat.
Henning. Göden. conſil. 84. numer. 21. & 22. Et † qui non 76
ſervat fidem conventionis, privandus eſt ejus emolu-
mento: Bald. in ca. 1. §. porro. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.
Et † cum aliquis tenetur aliquid dare aut facere ut ali- 77
quid conſequatur, non poteſt illud petere, niſi prius to-
rum dederit, aut fecerit, quod debet : Innoc. Panorm. &
alij in c. tuam. de pœnis. text. in auth. dos data. C. de donat. ant.
nupt. c. fruſtra. cum ibi not. per gloſ. & Dd. de Reg. Iur. in 6.
Roman conſil. 204. in c. pro diſcutienda veritate. colum. 2. verſ.
ſecundo. & conſil. 517. inc. in caſu propoſito. colum. 1. Nec
quicquam imputari poteſt emtori : ſed venditori, ut-
pote, qui in mora eſt , non tradens omnes rei venditæ
partes, vel non vacuè, vel non integrè. Quoties † e- 78
nim ab utraque parte quid requiritur ; altero non im-
plente, ſi præſertim prior implere tenebatur alter in
morâ conſtitui nequit : l. Iulianus. §. offerri. ff. de act.
emt. c. fruſtra. de reg. Iur. in 6. Et † ubi per alium ſtat, 79
quo minus quid fiat , id habetur pro facto , in ejus
præjudicium : per multa , quæ allegat Tiraq. de retract.
conſang. §. 15. gloſ. 2 num. 7. Anton. Fabr. de error. prag-
mat. deciſ. 17. error. 4. verſ. niſi uno fortaſſis. Confirma-
tur † hoc amplius per id, quod ubicunque contractus 80
eſt ultro citroque obligatorius, (qualem eſſe emtio-
nis & venditionis contractum ignorat nemo) niſi quis
impleat pro parte ſua, non poſſit effectualiter agere:
Bartol. & alij d. l. Iulianus. Alexand. in l. interdum. §. ex nau-
fragio. ff. de acquir. vel amit. poſſ. Gozad. conſil. 1. in princ. Pa-
riſ. conſil. 33. num. 57. volum. 1. Corn. conſil. 179. in princip.
volum. 1. & conſil. 245. volum. 4. Gravet. conſil. 151. num. 10.
& conſil. 192. num. 15. lib. 1. Burſat. conſil. 196. numer. 12.
& ſequen. libr. 1. Conventio † enim ultrocitroque 81
obligatoria eſt individua : Alexand. conſil. 7. num. 13.
verſic. & quia. volum. 7. Gravet. conſil. 239. num. 5. verſic.
rurſus. & conſil. 356. num. 2. neque † in ea contrahentium 82
mens fuit, ut unus ad obſervandum teneretur, alter au-
tem non: l. cum proponas. C. de pact. & † in ſpecie, quia quæ- 83

libet promiſſio hanc tacitam conditionem habet, ſi fides
ſibi ſervetur: *c. pervenit. ext. de jurejur. Corn. conſ. 343. col. 2. vol.
1. Bart. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Iaſ. conſ. 216. col. 2.
vol. 2. Dec. conſ. 380. in princ.* Auch in ſonderlicher erwegung/
daß die Rechtsgelehrten einhelliglich ſchlieſſen : quod
84 † nemo poſſit contractum pro parte acceptare, pro par-
te verò irritare: *l. cum quæritur. ff. de admin. tut. l. nam abſur-
dum. ff. de bon. libert. l. ſi ita ſtipulat. ff. de oper. libert. l. neminem. ff.
85 de legat. 2. l. Pomponius. §. 1. ubi Iaſon. ff. de acquir. poſſeſſ.* Et † qui
vult ſibi jus ex contractu quærere, tenetur illum acce-
ptare, cum omnibus qualitatibus ſuis: *ut ait Bald. in l. con-
tra juris §. fin. cum. l. ſeq. ff. de pact. & in l. obſervare. §. poſt hæc n.
6. ff. de offic. proconſ. & leg. & in c. nihil. extr. de elect. num. 6. Ad-
de Alexand. in l. cum fundum. §. ſervum tuum. nu. 5. ff. ſi cert. pet. Iaſ.
ibid. num. 7. Dec. in l. 1. num. 12. ff. de Iuriſdict. omn. iudic. Tiraq.
de retr. convent. in fin. num. 2. & ſeq. Gravet. conſ. 132. num. 22.
Cephal. conſ. 312. num. 149. Caſtr. in l. ſi duo. ff. de acquir. here-
dit. Natta conſ. 50. num. 27. Corn. conſil. 343. col. 2. vol. 1. ubi in-
86 quit:* Qui † vult agere contra aliquem ex contractu, de-
bet ipſe impleviſſe pro parte ſua contractum, ſive con-
tenta in inſtrumento: *Idem ſcribit Bart. in l. quæro. §. inter lo-
catorem. ff. locat. Eumque ſequuntur Dec. conſ. 380. in pr. Iaſ. conſ.
216. col. 2. vol. 2. & conſ. 111. col. fin. vol. 4.* Et tanto magis hoc
87 dicendum venit, quod † exceptio non impleti contra-
ctus tantæ ſit efficaciæ; ut nunquam cenſeatur ſublata:
*Borgn. Cavall. de uſufr. mulier. num. 166. Burſat. conſil. 191. nu.
88 4. lib. 1. Menoch. conſil. 55. in princ.* & † tam eſt favorabilis,
ut ſemper & quandocunque opponi poſſit: *Cyn. & Bald.
in l. ex prædijs. C. de Eviction. Iaſ. in §. actionum. num. 139. Inſtit.
de action. Rom. conſ. 244. col. 2. Decian. conſ. 1. n. 67. vol. 3. Corn.
89 conſ. 291. col. fi. & conſil. 297. col. 2. vol. 3.* etiamſi † contra-
hens in minimâ parte defeciſſet in adimplendo: *Alexand.
in l. in Executione. §. ſi ita. ff. de Verb. obl. Bald. in l. Iurisgentium.
§. pacta. n. 2. ff. de pact. Dec. & Cæteri in l. cum proponas. C. eod.
Neviz. conſ. 36. in princ. & conſ. 50. n. 9. Sim. de Prat. conſ. 97. nu.
90 26.* Idem † obtinet, licet ſe excuſare vellet, quod impe-
ditus fuerit, quo minus adimpleret, cum excuſatio hoc
caſu non admittatur: *ut ſcribit Gravet. conſ. 151. num. 10. &
conſ. 192. nu. 17. lib. 1.*

Wird demnach gefragt: Ob nicht B. pflichtig die ange-
zogenen/ vnd andere defectus, ſo ſich noch ferner finden
möchten/ dem A vor allen Dingen/ ſampt den verurſach-
ten ſchäden vnd Vnkoſten zuerſtatten/ oder annehmliche
Aſſecuration zubeſtellen. Inmittelſt aber vnd biß ſolches
realiter ins werck gerichtet/ A. ſich der hinterſtelligen kauff-
gelder / loco cautionis, billich halten/ oder was ſonſten hie-
rumb allenthalben recht ſein möge. Signatum 21. No-
vemb. An. 97.

N. N.

## 91 Vrthel † der Churfürſtlichen Sechſiſchen Schöppen zu Leipzig.

V. F. D. Alß jhr vnß ein verzeichnis des Dorffs vnd guts C. Nutzbarkeit / vnd Copey einer Außwechßlung vnd Tauſches/ beyneben einer fragen zugeſchickt/ vnd euch des rechten darüber zubelernen gebeten habt. Demnach ſprechen Wir Churf. Sächſiſche Schöppen zu Leipzig darauff vor recht, dieweil auß dem Contract, welchen jhr mit B. vmb ſein gut geſchloſſen/ nicht zubefinden / das die ſtücken ſo jhr gewehret haben wollet in einen ſonderlichen Anſchlag gebracht / vnd von euch darauff der Kauff/ Vermöge ſolches anſchlages: geſchloſſen worden : Sondern vielmehr/ das jhr mit einander vber Haupt gehandelt / ſo ſeyt Jhr auch dero in ewer Fragen angezogenen Mängel halben / ſonderlich in Mangel an der außführung/ was jhr an gelde noch zuerlegen ſchuldig / jhme vorzuenthalten nicht befügt/ von Rechts wegen.

Churfürſtliche Sächſiſche Scheppen zu Leipzig.

## CONSILIVM XIV.

# Thema.

*Hereditas abſentis, præſtitâ cautione, de reſtituendo, proximo heredi dari debet.*

### *SVMMARIA.*

1 Species facti.
2 Hereditatem abſentis ſumit proximus heres.
3 Mortem hominis præſumtivè probari ſufficit, etiam per famam duntaxat, quia difficilis alioquin eſt probationis.
4 Conſanguineus, etiam vivente adhuc conſanguineo ſuo, dicitur habere ſpem in eius hereditate.
5 Heres, mortem defuncti ſufficienter probare debet.
6 Vivere quilibet præſumitur: ideo mors probanda.
7 Mors eſt fundamentum intentionis mortem allegantis.
8 Hereditatem abſentis accipit heres proximus, præſtitâ prius cautione, de reſtituendo, ſi fortè abſens reverſus fuerit.
9 Cautio rectè exigitur, non modò propter periculum præſens, ſed etiam propter metum periculi.
10 In periculo dudum verſari dicitur, qui in eo ſtatu poſitus eſt, ut periculum incurrere poſſit.
11 Mors probatur per vocem publicam & famam: & ſi quis diligenter inveſtigatus, nuſquam eſſe inveniatur, præſumitur mortuus.
12 Cautio, abſque cauſa à nemine exigi poteſt.
13 Quod ſemel evenit, evenire iterum poteſt: & in habentibus Symbolum, tranſitus eſt facilior.
14 Metus litis, juſtus eſt metus.
15 Opiniones Doctorum in hac quæſtione variant.
16 Homo ad centum uſque annos vivere præſumitur.
17 Spes ſucceſſionis, in hereditate conſanguinei, improbabilis eſt
18 Spes illa in iure, præmatura appellatur.
19 Sententia ſuper hac quæſtione.

Es ſind Zwene † Brüder/ A. vnd B. vor etlichen 1
Jahren/ in jhrer Jugend/ jhrem Studieren fer-
ner nach zuſetzen/ in frembde Ort vnd Land ver-
reiſet; vnd A. nunmehr vber Viertzig/ B. aber etliche
vnd dreyſſig Jahr außgeweſen. Vnd iſt mitler weile von
Ihnen ſelbſt/ oder andern in jhrem Nahmen nichts/ we-
der ſchrifftlich noch mündlich/ anheimbs gelanget: auch
ſonſt nichts können in erfahrung/ oder wiſſenſchafft bracht
werden/ ob Sie Todt oder lebendig. Item, ob ſie etwa in
frembden Orten geheyratet / vnd Kinder verlaſſen: oder
was es ſonſten vor eine gelegenheit vmb einen oder den an-
dern haben möge. Dieweil ſie aber alle beyde jhr vätterlich
vnd mütterlich Erbtheil / zu C. ſtehen haben Welches in
die N. N. Thal. austregt: Deßgleichen jhre Schweſter D.
noch am Leben / welche anhero etliche Jahr lang / beym
Rath daſelbſt vnnachläſſig angehalten/ vnd noch anhelt/
Ihr / ſolchen jhrer außſtändiſchen / vnd / jhrem vergeben
nach; lengſt verſtorbenen Brüder zuſtandt/ jure ſucceſ-
ſionis ab inteſtato, alß der Nehiſten Erben folgen zulaſ-
ſen: tum, † quod hereditatem abſentis ſumat proximus 2
heres: *l. bona eorum. 22. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. 28.
ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. l. 1. ff. de ſuis & legit. hered.
l. 8. C. de legit. heredit.* tum, † quod mortem hominis 3
præſumtive probari ſufficiat, etiam per famam, cum
ſit difficilis alioquin probationis: *Iaſ. in l. cum eo. C. de
tranſact. num. 7. ex doctrina. Cyn. Bartol. & Dd. communi-
ter, in l. ſiquidem. C. ſolut. matrim. Covar. de matrim. c. 7. §. 3.
n. 4. in pr. Matth. Gribald. in comm. opin. tit. fama. reg. 4. & tit.
mort. reg. 2. Boer. deciſ. 288. Maſcard. de Probat. concl. 1074. n. 3.*
tum denique, † quod conſanguineus, etiam vivente ad- 4
huc conſanguineo ſuo, dicitur habere ſpem in heredi-
tate ejus, pro tanto, quod hereditas cōſanguinei, viven-
tis, dicitur ſpe deberi conſanguineo: & idem in aſcen-
dentibus: *text. in l. fi. in pr. ibi. ſpes aliena hereditatis fuerat ex do-
natione fortè ad eos devolvenda. C. de pact. & ibi Dd. Ang. in l. qui
Romæ. §. duo fratres de verb. oblig.*

Alſo hat der Rath daſelbſt aus bedencklichen Vrſachen
von D. begehret/ Daß ſie entweder ſchein zuwege bringen
ſolte/dar aus jhrer Brüder tödtlicher Abgang/ ſufficien-
ter & concludenter erweiſen/vnd dargethan werden mö-
ge: oder gnungſame Caution vnd verſtandt beſtellen da
jhre Brüder/oder derſelben rechte Erben/ ſich nachmals
finden/vnd das jhrige fodern würden/der Rath zu C. auff
ſolchen Fall nicht gefähret/ſondern allerdings aſſecuriret,
vnd gebürlichen vertretten werden möchte: In maſſen
5 ausdrücklich zu Recht vorſehen: quod heres † probare
volens mortem defuncti ſufficienter probare debeat:
*Bartol. in lib. 15. num. 16. verſ. ſi verò. ff. de acquir. heredit.*
6 *Menoch. de præſumt. lib. 6. præſ. 49. num. 20.* Mors † enim
non præſumitur, ſed eſt probanda: cum quilibet præſu-
matur vivere: *text. in l. ult. C. de S. Stis Eccleſ.* tum etiam,
7 quia † mors eſt fundamentum intentionis, mortem al-
8 leganti: *Maſcard. de Probat. concluſ.* 1073. *num* 1. Et † ab-
ſentis hereditatem ſumit quidem proximus heres, ſed
præſtitâ cautione de reſtituendo, ſi abſens fuerit rever-
9 ſus. *l. 3. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* Nam † non modò pro-
pter periculum præſens: ſed etiam propter metum pe-
riculi, cautio rectè exigitur: *per tradita Decian. conſ. 17. num.*
10 *41. vol 2. Bl. in auth. hoc niſi num. 2. C. de Solution.* Cum † o-
mnis is, qui in eo ſtatu poſitus eſt, ut periculum incurre-
re poſſit, iam in periculo dudum verſari dicatur: *ut lo-
quitur Corn. conſ. 154. nu 1. vol. 3 & conſ. 53 num. 4. vol. 4.*

Es hat aber D. noch auff Dato keinen eigentlichen
Schein / wenn / wie, oder wo einer/oder der ander jhrer
Brüder verſterben/ vorgelegt: ſondern zeucht ſich allein
auff die Vermutung der Rechten/das lange Zeit von jh-
nen nichts gehöret/vnd die gemeine Rede vnd Meinung
11 ſey/ Sie weren Todt: Mors † enim probatur per vo-
cem publicam & famam: &c, ſi quis diligenter inveſtiga-
tus, nuſquam eſſe inveniatur, præſumitur mortuus: *Bart.
in lib. 2. § ſi dubitetur. ff. quemadm teſtament. aper. Maſcard.
concluſ. 1074. num. 1. & concluſ. 1076. num. 2. & 3.* So kan
ſie auch mit der begehrten Caution nicht auffkommen/
vnd vermeinet; daß ſie auch/ohn diß/ſolche zu Præſtiren
nicht ſchuldig: quia † certiſſimi juris ſit, quod à nemine
abſque cauſa, cautio exigi debeat. *Franc. Aretin. in l. 2. in
princ. num 13. ff. Solut. matrim Alex. in l. ſtipulationum. num. 12.
ff. de Verb. Obl. Menoch in tr. de arbitr Iudic quaſt. caſ. 140 nu.
1. Petr. Vander. tr. de Privileg. Credit. c. 16. num. 5. facit l. hac ſti-
pulatio. § ult ff. ut leg. nom. cauſ. l. in omnibus. ff. de judic.*

Dieſſer Vermutung der Rechten / vnd vermeinten
Vnſchuldigung / will der Rath zu C. nicht allerdings
trawen: Sintemal ſolche Exempel in benachbarten
Stäeten hiebevorn auch erfahren / da faſt nach dergleichē
...en verflieſſung/ Perſonen anheimb gelanget/vnd wegen
...er albereit/in andere hend: vorgebenen Erbſchafft ſich
...oſſer Zanck erhaben. Hoc itaque præcaveri quis mi-
...nori feret animo? Quod enim † ſemel evenit, evenire
...rum poteſt, &c, in habentibus ſymbolum, tranſitus fa-
...tor eſt: *l in rem. § item quæcunque ff. de rei vindic. Tiber. De-
... conſil. 1. num. 99. vol. 1. conſ. 6. num 25. vol. eod. Gravet. conſ.
... num. 15. conſ.* 180. *num. 8.* Et † litis metus, juſtus me-
...tus eſt: *Ripa in l. 1. § ſublata. nu 19. ff. ad SC. Trebell.* So ſind
...h die Rechtslehrer † hierinnen vielfältiger vnterſchied-
...er Meinung, wie nach der lenge zuſehen iſt/*apud Menoch.
... præſũt. 49. per tot.* Darzu noch ferner diß kompt / quod
...minem ad centum uſque annos vitam protendere
..., iuris ſit præſumtio. *l. ult. C de SS. Eccleſ. Aſcan. Cle-
...r. de patr. poteſt. c. ult. n.* 108. *Menoch. de remed. poſſeſſ. a-
...remed. 4. num. 667. Tiraq. de utr. retr. p. 1. § 11. gl. 1. nu. 11.
...rt. in l. is poteſt. n. 180. & 181 ff. de acq. hered. Covar. lib. 2.
... reſolut. c. 7. nu. 6. verſ. tertio. Ign. in l. neceſſarios. § non alias
...m. 127. ff. de SC. Syllan. Nevizant. in Sylv. nuptial. lib. 2. nu.*
...daher o dann / contra id, quod de hereditate con-
...nei viventis, ſupra allatum, billich geſetzt wird/
...illa † ſpes ſucceſſionis nõ ſit probabilis & juridica·
...*mancipationem. § illud. & ibi Bartol. ff de libert. legat.* Et a-
libi † lex eam appellat præmaturam ſpem: *l. 1. § ſi impube-* 18
*ri. ff. de collat. bonor. & ibi Bart. & in l. qui Roma §. duo fratres. in
oppoſit. 1. & in quæſtion. 6. & Bartol. in d. l. fin. in quæſt. ult. C.
de pact.*

Wird demnach gefragt: Ob dißfals D. in Mangel ge-
nungſamer Caution, mit der Verzinſung nicht billig ſich
begnügen laſſe: Oder/ob jhr das Gelt zuerkauffung eines
ligenden Grundes/ ohne Caution, ſicherlich gefolget wer-
den möge? Signatum 30. Maij. An. 1598.

N. N.

## Kayſerlich † Appellation Vrthel. 19.

Wir Rudolff ꝛc. So weren die Conſulenten, deren
in der Frage gemelten D. jhrer abweſenden Brüder Zu-
ſtand ohne Caution folgen zulaſſen nicht ſchuldig: Da ſie
aber mit gedachter Caution nicht auffkommen könte/
möchte vmb das Gelt ein ligender Grund erkaufft / vnd
daß derſelbe vnvereuſſert bleibe; auff daß ſich die ausländi-
diſchen Brüder / auffn Fall der widerkunfft / daran jeder-
zeit halten könten/in die Gerichtsbücher verzeichnet wer-
den/von Rechts wegen. Datum Prag den 7. Aprilis.
An. 98.

# CONSILIVM XV.

# Thema.

*An ſchedula, ſive ſcriptura in ciſta patris reperta, continens diviſionem bonorum, pro teſtamento paterno inter liberos, ſubſiſtat.*

### SVMMARIA.

1 Feudorum fructus ſunt bona allodialia.
2 Fœminæ licet in feudis non ſuccedant, à meliorationibus tamen & fructibus ex feudo redactis, non repelluntur, ſive illud Domino aperiatur.
3 Sive etiam ad filium vel agnatos feudum ſucceſſione devolvatur.
4 Adeo quidem, ut ſi in poſſeſſione ſint, ratione meliorationum & fructuum extantium, feudi retentionem habeant.
5 Semel verò legitimo tramite ejectæ, ent in poſſeſſione præventæ ratione fructuum & meliorationum, difficulter immiſſionem impetrabunt.
6 Heres tenetur inventarium conficere, aut juramento patefacere res hereditarias, illis quorum intereſt.
7 Teſtamentorum finis eſt, ut inde de eo, quod teſtator poſt mortem ſuam fieri vult, conſtare certò poſſit.
8 Item, ut concordiæ heredum conſulatur, quæ facilè bonorum ambitione diſſolvitur.
9 Teſtamentum pro lege habetur.
10 Teſtamentum obtinet executionem paratam.
11 Teſtamenti tabulæ validæ & ſolennes præſumuntur.
12 Quælibet voluntas ultima eſt ordinatio ſucceſſoria, per ſe ſubſiſtens, etſi non poſſit dici teſtamentum, nec codicillus.
13 Qui voluntatem ultimam non valere arguit, id ipſum probabit.
14 Voluntatem imperfectam eſſe in dubio non præſumitur.
15 Pro teſtamento præſumendum, ſi ullo iure ſuſtineri poſſit.
16 Præſumtio legis eſt, ad confirmandum teſtamenta, non ad infirmandum.
17 Teſtamentum ſuſtinetur, ubi per ſigna & coniecturas de voluntate teſtatoris conſtat.
18 Actus quicunque potius valere debet, quam perire.
19 Interpretatio pro actus validitate, aliis omnibus præfertur.
20 Pro teſtamento potius quam contra illud in dubio judicandum.
21 Ex duabus opinionibus illa prævalet, quæ teſtamento favet.
22 Teſtantium iudicia propter ſubtilitatem, vel in non obſervantiam defraudari & irrita reddi non debent.
23 Cum pro teſtamento præſumtiones adſunt, onus probandi in contradictorem transfertur: etſi probare deberet negativam.
24 Vbi probationes in teſtamento infirmando quadantenus ſunt dubiæ, ſtari debet inſtrumento teſtamenti, favore ultimæ voluntatis.
25 Teſtamenta rarius & difficilius, quam cætera inſtrumenta reprobantur.

26 Præ-

26 Præſumtio pro validitate teſtamenti aliis probationibus validiſſimis, & luce meridianâ clarioribus, eliditur.
27 Teſtati cauſa prævalet cauſæ inteſtati.
28 Teſtati cauſa, ut magis favorabilis, univerſalior & potentior, trahit ad ſe cauſam inteſtati, eamque penitus inficit.
29 Teſtamentis ea interpretatio inprimis adhibenda, ut voluntati teſtatoris per omnia ſatisfiat.
30 Diſpoſitio teſtamentaria, quæ directo jure valere nequit, ſuſtinenda in vim fideicommiſſi.
31 Etiamſi nominatim fideicommiſſario haud quicquam ſit relictum.
32 Honorabilius eſt decedere potius cum teſtamento, quam ab inteſtato.
33 Reipublicæ expedit ultimas defunctorum voluntates ſortiri eventum.
34 Reipublicæ pernicioſa eſt ſubtilitas, qua ultimæ voluntates ſubvertuntur.
35 Teſtamento plus favendum eſt, quam filio exheredato.
36 Quod procedit non tantum in voluntate expreſſa in teſtamento, ſed etiam in Codicillis.
37 Teſtator lædi & iniuriam pati dicitur, ſi voluntas eius vel in minimo non ſervetur, unde & teſtamenti nullitas cenſetur pœna teſtatoris.
38 Nec Imperator nec Papa, nedum privatorum conventiones efficere poſſunt, quo minus teſtamentum alicuius morte confirmatum, ſervetur.
39 Impium eſt, atque crudele, ultimam defuncti voluntatem negligere.
40 Peccatum mortale committit, qui non exequitur voluntatem defuncti.
41 Honeſtè ac piè agit, qui voluntatem defuncti conſervat.
42 Liberis qualiſcunque voluntas Patris exactè adimplenda & ſervanda.
43 Teſtamenta paterna, quomodocunque facta, valent, etiam nuda ſcriptura, ſine ſolennitate & teſtibus adhibitis.
44 Teſtamentum inter liberos in ſuo genere ſemper perfectum & ſolenne.
45 Schedula privata continens diſpoſitionem patris inter liberos, ſine teſtibus, probat voluntatem patris inter liberos & ſuſtinetur.
46 Schedula reperta in ciſtula patris, continens diviſionem bonorum inter filios, fidem facit, ſi manu patris ſit ſcripta, vel ab eodem ſubſcripta.
47 Scripturæ per patrem ſcriptæ creditur, licet lecta vel publicata non fuerit.
48 Teſtamentum inter liberos nullam publicationem deſiderat.
49 Neque etiam lectionem aut relectionem illius factam non eſſe intereſt.
50 Diſpoſitio paterna inter liberos, libera eſt, nullique regulæ obnoxia.
51 Diſpoſitio paterna majoribus gaudet privilegiis quam teſtamentum militare.
52 Item, comparatur diſpoſitioni ad piam cauſam, & in DEI honorem factæ.
53 In diſpoſitione paterna omnes juris ſolennitates remiſſæ ſunt.
54 Teſtatio patris qualiſcunque ſufficit, & ut de voluntate eius ſaltem conſtet.
55 Diſpoſitio patris coram duobus teſtibus nuncupari poteſt.
56 Clauſulæ codicillaris effectus eſt, quod omnem prorſus defectum ſuppleat, & teſtamentum omni meliori modo, quo poteſt, valere faciat.
57 Per clauſulam codicillarem teſtamento adiectam inſtitutiones heredum, in vim fideicommiſſi ab inteſtato conſervantur.
58 Clauſula codicillaris diſpoſitioni paternæ tacitè ineſſe cenſetur.
59 Si teſtator in ſcriptis teſtamentum facere cœperit, & in ſcriptis teſtari voluerit, morte autem præventus, illud non abſolverit, quoad ſolennitates teſtamentum iſtud nihilominus ſuſtinetur, & legata ex eo debentur.
60 Voluntas patris non minus ex teſtamento nullo, atque ex valido probatur.
61 Voluntas agentis declaratur, etiam ex actu nullo.
62 Schedula, ſive ſcriptura privata teſtatoris declarat eius voluntatem.
63 Quando de voluntate teſtatoris conſtat, ex teſtamento quamvis imperfecto inter liberos condito, omnia in eo contenta ſervari debent.
64 Parenti licitum eſt inter liberos liberè teſtari, & abſque ſolennitatibus iuris civilis.
65 Quilibet in re ſua moderator eſt & arbiter.
66 Dominii effectus eſt, ut quis rem ſuam alienare, atque de ea pro libitu diſponere poſſit.
67 Iniquum eſt, ingenuis hominibus non eſſe liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis ad arbitrium.
68 Injuria eſt non relinquere unicuiq; liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis.
69 Privatio facultatis diſponendi de rebus ſuis dicitur contra bonos mores.
70 Quilibet de rebus ſuis, & inter vivos, & in ultimâ voluntate rectè diſponit.
71 Quilibet rebus ſuis onus, conditionem & legem, quam vult, imponere poteſt.
72 Teſtator, etiamſi is parens ſit, rei ſuæ onera conditioneſque quas vult imponere poteſt: neque per id iniuriam ullam facit liberis.
73 Pater de bonis ſuis diſponere poteſt pro arbitrio, dummodò liberis legitimam ſuam relinquat.
74 In arbitrio patris eſt, uni ex liberis relinquere plus, quam alteri: eoſque ex portionibus inæqualibus inſtituere, dummodo ſalva ſit legioma.
75 Mater poteſt totum patrimonium donare uni filio, reſervatâ aliis legitimâ.
76 Pater uni filiæ maiorem dotem conſtituere poteſt, quam alteri.
77 Pater poteſt uni filiorum feudum novum aſſignare: & reliquis etiam abſque ullâ recompenſatione, præiudicare:
78 Pater plus poteſt relinquere filiis ſecundi matrimonii in præiudicium filiorum primi matrimonii, reſervatâ illis legitimâ.
79 Patri non denegatum adiicere pœnam privationis totius hereditatis illis liberis, qui partibus ſibi aſſignatis contenti non fuerint.
80 Heres non obediens diſpoſitioni teſtatoris, ſed illi contraveniens omni commodo teſtamenti efficitur indignus.
81 Quin & hereditate, omnique alia ſucceſſione ex teſtamento illo proveniente, ipſo iure privatur.
82 Teſtamentum inter liberos valet, quantumvis liberi valdè inæqualiter in eo heredes fuerint inſtituti.
83 Privilegium parentibus conceſſum, etiam tunc habet locum, quando liberi ex inæqualibus partibus ſunt inſtituti: neque attenditur, utrum inæqualitas illa in magna, vel parva quantitate conſiſtat:
84 Inhumanum valdè eſt, teſtatoris voluntatem ab heredibus non obſervari.
85 Fæminæ à ſucceſſione & participatione feudorum ſunt excluſæ.
86 Fæminæ in feudo non ſuccedunt, tametſi illud generaliter heredibus conceſſum eſſet.
87 Fæminæ neque legitimam ex bonis feudalibus petere poſſunt.
88 Fæminæ honeſta elocatione ex feudis & tota hereditate paterna, pro more & conſuetudine patriæ cõtentæ eſſe coguntur.
89 Pœnam non meretur qui facit actum permittente lege ſcriptâ, vel more & conſuetudine loci.
90 Annullatio actus dicitur pœna.
91 Reipublicæ intereſt, ut familiarum dignitas ſit ſalvâ.
92 Interpretatio illa potior eſt, quę favet bono & intereſſe publico.
93 Legitima liberorum, ex certa rationabili cauſa, mitui poteſt.
94 Maſculi conſervant familias; non fæminæ: quæ nubentes in familiã mariti tranſeunt, eiuſq; nomen & forum ſortiuntur.
95 Fæmina familiæ ſuæ caput & finis eſt.
96 Familiarum dignitas abſque opibus & divitiis vix ſarta tecta conſervari & propagari poteſt.
97 Diviſionibus divitiæ imminuuntur atque decreſcunt.
98 Familiæ & ſtemmatis ſui propagationem & incolumitatem omnes appetunt.
99 Familiâ collabente, vix eſt, ut immortale ad poſteros nomen tranſmittatur.
100 Permagni refert familiam cuique ſuam conſervari.
101 Fæminæ in feudis non ſuccedunt, quia ad reipubl. gubernationem, & officia civilia idoneæ non ſunt.
102 Mulieres prorſus inhabiles cenſentur ad obeũda ſervitia, propter quæ feuda dantur.
103 Feudorum ſucceſſione mulieres ſunt incapaces propter multas rationes, de quibus interpretes remiſſive.
104 Facti alieni probabilis eſt ignorantia: & facta non præſumuntur, niſi expreſsè & ſpecificè probentur.
105 Teſtamentum eſt facti.
106 Teſtamentum legitimè & ſolenniter factum eſſe probare cogitur, qui ex teſtamento vult ſuccedere.
107 Inteſtatus quis potius deceſſiſſe & illum, qui ab inteſtato ſuccedit, inſtituiſſe intelligitur.
108 Non ſufficit ad teſtamenti probationem, quod ſcheda aliqua ad teſtamentum faciendum ſit præparata.
109 Teſtamenti tenor ipſe, & adhibitio teſtium probanda.
110 Teſtamentum patris inter liberos, coram duobus teſtibus duntaxat factum, valet.
111 Quod obtinet non ſolum in teſtamento in ſcriptis, ſed & nuncupativo.
112 Scheda in arca patris reperta diſpoſitionem inter liberos continens, vim ſuam obtinet, quamvis alioquin nec lecta, nec publicata ſit.
113 Quod ita ſe habet, quando à liberis ſcriptura patris agnoſcitur.
114 Vel quando adeſt liberorum confeſſio.
115 Scriptura patris ſi abnegetur, duobus teſtibus probanda eſt.
116 Scriptura ſive voluntas patris, ſive etiam diſpoſitio & judicium quodcunque duobus ad minimum teſtibus probari debet.

117 Non

117 Non ſufficit, ut teſtes dicant, ſe agnoſcere ſcripturam teſtatoris ſibi benè notam & cognitam. tunc enim parum fidei illis tribuitur.

118 Neceſſe eſt, ut teſtes deponant, ſe tum fuiſſe præſentes, atque vidiſſe, cum à patre teſtamentum conſcriberetur.

119 Aliud eſt quærere de veritate rei : aliud de probatione ſcripturæ.

120 Teſtamentum paternum ratione voluntatis imperfectum, nec ut Codicillus, nec ut donatio cauſa mortis, nec ut fideicommiſſum, nec ut donatio inter vivos, tanto minus ut teſtamentum valet.

121 Teſtatus ut quis dicatur deceſſiſſe, oportet reipſa teſtatum eſſe.

122 Teſtamentum non dicitur quis condidiſſe, quod dixit: Volo teſtari.

123 Teſtamentum imperfectum eſt, neque valet, ſi teſtator ſcribat Schedam, ut ſit exemplum teſtamenti conficiendi, & morte præveniatur, antequam diſpoſitio illa executa fuerit.

124 Teſtamenti factio nullam recipit diviſionem: ſed uno contexto perficienda eſt.

125 Teſtamentum eſt quid individuum, quoad ſui formam.

126 Teſtamentum ab ultimo puncto vires ſuas capere dicitur.

127 In individuis nihil factum intelligitur, donec aliquid faciendum ſupereſt.

128 Individui partem qui facit, nihil cenſetur peregiſſe.

129 Perfectum non eſt, quod non conſtat omnibus ſuis partibus.

130 *Imperfectum in jure pro nullo habetur.*

131 Utile per inutile vitiatur.

132 Quoties quis exemplum teſtamenti præparat, & prius decedit, quam impleatur ſcriptura illa nihil obtinet, nihilque inde debetur.

133 Teſtamentum non impletum, & nullum dicitur, ſi teſtator antequam teſtes rogati conveniant, & voluntatem ſcriptam, ſigillo & ſubſcriptione confirment, moriatur.

134 Teſtamentum ratione voluntatis imperfectum, ne quidem inter liberos ſuſtinetur.

135 Teſtamentum tale non ſuſtinetur: ne quidem quoad imperfectè diſpoſita ideoque etiam non valet inter liberos.

136 Defectus juris naturalis plus peccat, quam iuris poſitivi.

137 Imperfectio voluntatis magis vitiat, quam ſolennitatis & formæ extrinſecæ.

138 Teſtamenti forma eſſentialis conſiſtit in puncto indiviſibili.

139 Teſtamenti perfectio ſtat in ultima ſyllaba: & quando conſtat teſtatorem nihil amplius diſponere velle.

140 Concluſio eſt de forma eſſentiali teſtamenti.

141 Contractus perficiuntur & abſolvuntur concluſione.

142 Concluſio præcipue attenditur, quicquid antea vel dictum vel tractatum appareat.

143 Ante concluſionem contrahentes non dicuntur contraxiſſe, ſed contrahere velle.

144 Tractatus in contractibus nullam inducunt obligationem, antequam illi à contrahentibus, pro perfectis & abſolutis habeantur.

145 Multa ſæpè tractantur quæ tamen non perficiuntur.

146 Teſtamentum nudâ voluntate non perficitur, excepto teſtamento militis.

147 Voluntatis conjectura ad inducendum fideicommiſſum non ſufficit, niſi & aliunde de voluntate defuncti cupientis hereditatem ſuam alicui reſtitui, liquidò conſtet.

148 Teſtamentum inter liberos ſolennibus ſuis conſtare debet.

149 Teſtamentum patris inter liberos requirit, ut illud à patre ſit ſcriptum, aut certè ſubſcriptum.

150 Item, ut ſignificet hanc ſuam eſſe voluntatem ultimam, quam ſcripſit & ſubſcripſit.

Item requiritur adiectio temporis, anni, menſis, & diei in ſpecie, quando diſpoſitio illa patris facta fuerit.

Item ut liberis legitimam titulo inſtitutionis relinquat: alias enim, etiam aliis requiſitis accedentibus, tale teſtamentum inter liberos non ſubſiſteret.

In teſtamento patris ſolennia omnia & ſingula adeo neceſſaria ſunt, ut ſi omittantur, teſtamentum etiam quoad liberos nullum ſit & invalidum.

Parentibus in ſcriptis teſtari volentibus, certa forma à lege eſt propoſita, quam transgredi minimè licet.

Omnis pactio vel diſpoſitio, qua alicui teſtandi facultas permittitur, hunc habet ſenſum: dummodò conſueta & legitima forma teſtamentum perficiatur.

Pro teſtamento pronunciatur, niſi teſtatori culpa aliqua in conſcribendo teſtamento commiſſa, imputari poſſit, veluti, ſi ſolennitates debitas diligenter & fideliter non obſervaverit.

Actus qui eſt nullus, confirmari nequit.

158 Teſtamentum eſt iuris publici, quod pactis privatorum non alteratur.

159 Notarii ſubſcriptio, vel imbreviatura, teſtamento nihil roboris tribuit, ſi cætera requiſita deſint.

160 Ignorantia ut in genere traditur, præſumi debet.

161 Mulier ſive fœmina, item minor ignorare præſumuntur.

162 Ignorans non dicitur conſentire.

163 Ignorans non cenſetur ratificare ea, quæ ignorat.

164 Ubi nullus eſt conſenſus, ibi nec approbatio aliqua intelligitur.

165 Ius dicendi teſtamentum nullum, annos triginta durat, ut propoſitâ nullitatis quæſtione impugnari poſſit.

166 Actio ad ſupplementum legitimæ perpetua eſt, & uſque ad annos triginta competit.

167 In teſtamento inter liberos quoque legitima liberorum plenè atque integre relinquenda eſt.

168 Legitima eſt debitum bonorum ſubſidium, & legitima portio, à parentibus liberis omnino relinquenda.

169 Legitima iure naturali debetur liberis.

170 Legitima vicem alimentorum ſubit, quæ omni iure liberis debentur.

171 Legitima nullo onere gravari poteſt, & quicquid ei onerandæ adiicitur pro nullo eſt.

172 Legitima liberis debetur, etiam contra patris voluntatem.

173 Ad legitimam liberi maſculi & fœminæ pariter admittuntur.

174 Legitimam liberi in reſtitutione fideicommiſſi, retinere poſſunt.

175 Quod adeo procedit, ut etiam locum habeat, ſi fideicommiſſum piæ cauſæ relictum fuerit.

176 Liberi legitimam deducunt in proprietate, & uſufructu, etiamſi teſtamento paterno conſenſiſſent, in quo legitimam gravaſſet pater.

177 Liberis ius & facultas agendi ad ſupplementum legitimæ conceditur, quibus integra & plena legitima non eſt relicta.

178 Quod verum eſt, etiamſi liberi illud teſtamentum, in quo minus legitima relictum, expreſſe approbaſſent.

179 Liberi ad ſupplementum legitimæ rectè agunt, etiamſi pater iuſſiſſet, illos debere contentos eſſe eo, quod teſtamentum dabat.

180 Legitima, eiuſque ſupplementum, iure non refragante, rectè petitur, etiamſi pater comminationem adiecißet, ut liberi, qui relicto contenti non fuerint, omnia perdant.

181 Legitimæ, eiuſque ſupplementi petitione, teſtamentum impugnari non rectè dicitur.

182 Legitima liberis obvenit iure ſpeciali, & à iure hereditario ſeparato, ceu aliquod debitum paternum & privilegiatum.

183 Legitimæ ratione ne in tuitum filius vel filia ſaltem poſt obitum patris, rectè dicuntur eius creditores: legitima item æs alienum paternum meritò dicitur.

184 Legitima omnibus legatis eſt potentior.

185 Legitimæ favorem permagnum eſſe in iure paſſim conſtat.

186 Legitima nullo ſtatuto, conſuetudine, vel alio iure civili tolli poteſt.

187 Ius petendi legitimam, eiuſque ſupplementum, nunquam quis remiſiſſe videtur, niſi eius rei peculiarem & expreſſam, dum iura ſua remitteret, inque renunciatione generali mentionem fecerit.

188 Quod verum eſt, etſi eiuſmodi renunciatio iuramento fuerit roborata.

189 Liberis debetur tertia pars totius hereditatis, quam defunctus poſt mortem ſuam relinquit.

190 Legitima dicitur portio & quota illius partis bonorum, in qua quis ab inteſtato eſſet ſucceſſurus.

191 Legitima quondam indiſtinctè erat quadrans omnium bonorum.

192 Legitima hodie eſt triens, ſive tertia pars, ſi defuncto quatuor vel pauciores ſuperſint liberi: ſi ultra quatuor, eſt ſemis.

193 Legitima eſt tertia pars eius, quod quis ab inteſtato conſecuturus fuiſſet, ære alieno, & funeris impenſis deductis.

194 De hereditate ut conſtare poſſit heres tenetur legitimum inventarium edere, omnium bonorum à defuncto relictorum.

195 Quorum æqualis eſt ſanctitas, æqualis etiam debet haberi feſtivitas.

196 Ex inæqualitate inter liberos oriuntur contentiones.

197 Æqualitas inter liberos omnino ſervanda.

198 Æqualitas ſervanda inter fratres & ſorores: quippe, quos lex ipſa ad æqualitatem invitat.

199 Teſtamentum paternum inter liberos conditum, non ſubſiſtit, niſi parens æqualitatem, & ſuas viciſſitudines, inter liberos diligenter obſervaverit.

200 Quod tum maxime obtinet, ſi iſthæc inæqualitas alicuius ponderis & non levuſcula fuerit.

201 Familię conſervatio, ratione maſculorum favorabilis quidem eſt, ſed tamen etiam reſtringibilis.
202 Natura & gentium ius, filias pariter cum filiis ad ſucceſſionem admittit in bonis parentum.
203 Natura non novit differentiam inter liberos: ſed, cum omnes æqualiter ſint pars parentum, omnes quoq; ad ſucceſſionem æqualiter vocat.
204 In odium & præiudicium alterius nihil moliri debet.
205 Teſtamentum non valet ex ſola teſtatoris voluntate: ſed leges quoque in ea cooperari oportet.
206 Non cuiusque rei favor alteri damnum & præiudicium parere debet.
207 Non uſquequaque favorabile cenſetur, quod per conſequentiam, in odium cuinſquam detorqueri poteſt.
208 Favor familiæ, auferens filiæ id quod & naturæ, & gentium iure illi debebatur, reſtringi potius, quam ampliari debet.
209 Filiarum cauſa in ſucceſſione parentum potiſſimum, quoad bona allodialia, favorabilis eſt.
210 Favor unius, in præiudicium alterius, non retorqueatur.
211 Favores ampliari: odia verò reſtringi convenit.
212 Statutum excluſivum fœminarum, contra ius commune eſt & naturalem æquitatem: cenſendumque iniquum ac odioſum.
213 Voluntas patris impletur, quatenus iuri & æquitati conformis eſt.
214 Iuſſa & mandata parentum, quæ legitima non ſunt, & æquitati repugnant, liberi obſervare non tenentur.
215 Voluntatem teſtatoris ſequimur, in his, quæ ipſius voluntati commiſſa ſunt, non autem in iis, in quibus lex neceſſitatem imponit.
216 Contraventio teſtamenti legitimè & ſecundum iuris terminos facta, pœnam nullam de iure meretur.
217 Non quælibet inobedientia heredis, ſed ea demum, quæ dolo fit, pœnam privationis hereditatis meretur.
218 Stante nullitate diſpoſitionis, vel conventionis, pœna exigi nequit.
219 Nulla oritur obligatio, ne ad intereſſe quidem ex diſpoſitione, cuijus naturæ, gentium, & æquitas ipſa reſiſtit.
220 Cauſa non ſubſiſtente, effectus inde ſequi ac conſiſtere nequit.
221 Niſi ſubſit & valeat diſpoſitio, nulla inde naſcitur obligatio.
222 Nullum eſſe oportet, quicquid conſequitur ex eo, quod nullum eſt.
223 Æqualitatis ratione multa fiunt, quæ aliàs non fierent.
224 Æqualitatis inter liberos ſervandæ, & inæqualitatis evitandæ cauſa, multa in iure ſunt ſancita.
225 Æqualitatis iura omnia ſunt ſtudioſiſſima: eamque ſervari ubique præcipiunt.
226 Inæqualitatem, ut inimicam ſibi, iura prohibent.
227 Æqualitas eſt amicitia, & eius parens ac altrix: inæqualitas autem litium inductiva, conſervativa & nutritiva.
228 Pro æqualitate ſervanda, multa extant ſpecialia à legibus introducta.
229 Vt æqualitas ſalva maneat, à verborum etiam proprietate, aliquando recedimus.
230 Æqualitatis ſervandæ cauſâ aliquid venit in diſpoſitionem, quod alioqui non veniret.
231 Interpretatio, per quam maior ſervatur æqualitas, amplectenda eſt.
232 Æqualitas inter actorem & reum in iudiciis ſervanda, etiamſi res ſit, inter privatum & fiſcum, qui aliàs privilegiatus eſt in iure.
233 Æqualitas in actibus inter vivos ſervanda.
234 Æqualitatis ergò collatio inter fratres admittitur.
235 Æqualitatis ergò, prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.
236 Æqualitatis cauſa, inter liberos prælegata non imputantur in legitimam.
237 Vt æqualitas ſervetur legatum animo compenſandi præſumitur.
238 Ob æqualitatem ſervandam inter filios, aliquando non continentur in legato, quæ aliàs continerentur.
239 Ad æqualitatem ſervandam, pater præſumitur tantam dotem dare uni filiæ, quantam dedit alteri.
240 Æqualitas ſervanda, non tantum inter filios eiuſdem, ſed etiam diverſi matrimonii.
241 Viri boni æquitatem ſpectare debent.
242 Æquitatis in omnibus diligenter habenda eſt ratio.
243 Interpretatio illa ſumenda, quæ æquitati magis innititur.
244 Sententia Appellat. Cæſar ſuper hac controverſia.
245 Alia ſententia ab Eadem.
246 Sententia Scabinorum Lipſenſium.
247 Sententia facultatis Iuridicæ in Academia Wittebergenſi.

Es iſt im Jahr N. den N. Auguſti in Gott ſeliglich entſchlaffen der N. vnd hat hinder ſich im Leben verlaſſen einen Sohn / vnd eine Tochter damals vnmündig: darneben aber vber die Lehen eine ſtädtliche Erbſchafft / alß nemblich vber die N. N. Thal. bahres Geldes / ſo wohl viel Güter / N. N. vor ſich ſelbſt zu Erbe vnd eigen gehörig vnd auff allen dero Forwergẽ / dieweil es damals eben nach der Erndte Zeit geweſen / einen ſtadtlichen Vorrath an Getreidicht / Früchtẽ vnd andern Sachen / ſo nach dieſer Ort vblichen Sachſenrecht zu Erbe gehörig Fructus † enim feudi ſunt allodialia bona: 1
*Hartm. Piſtor. lib. 1. quaſt. 24. num. 38. Schrad. tr. feud. p. 2. p. 9. pr. ſect. 3. num. 4. & ſeq. ubi prolixe hoc ampliat Coler. de proceſ. Exec. p. 2. c. 3. num. 289. & ſeq. & 302. Zobel. p. 3. different. 26. & 27. Coler. in deciſ. German. deciſ. 74. num. 1.* Landtr. *lib. 2. art. 58. & lib. 3. artic. 76. Conſtit. Saxon. Elector. part. 3. conſtit. 32. Coler. in addit. ad Rotſchutz. de totalit. art. 25. num. 6. & ſeq. Schneidvv. in epit. uſ. u. feudor. rubr. de ſucceſſ. collateral. n. 29.*

Nun iſt kein zweiffel / das auff die Tochter dißfals ab inteſtato erblichen verſtammet vnd verfallen / auch von ihr / als vngzweiffllich Erb / vnd jure ſucceſſionis ab inteſtato, an Sie kommen eigenthumb hette können gefodert werden die helffte aller ſolcher Erbſchafft an ligenden / gründen / bahrſchafft / vnd auff zinß ausgeliehenẽ geldern: alles Getreidicht vnd Früchte der Lehen vnd Erbgüter / ſo auff der Scheune vnd Boden auffgeſchüttet / oder ſonſten vorhanden ſindt geweſen. Nam † etſi aliàs fœminę in feu- 2
dis non ſuccedant: à meliorationibus tamen & fructibus ex feudo redactis, nullatenus ſunt repellendæ: ſive illud domino aperiatur: *cap. 1. §. ſi vaſallus. hic finitur lex 2. Feud. 28. ubi Alvarot. num. 1. Landens. num. 1. & 2. Schenck. nu. 2. & 5. Intrigl. cent. 1. quaſt. 59. nu. 5. Borch. de feud. c. 7. membr. 2. num. 73. Menoch. recup. poſſ. remed. 15. num 506. Clar. §. feudum. quaſt. 88. per tot.* Sive † etiam ad filium vel agnatos 3
feudum ſucceſſione devolvatur: *VVeſenb. in Epith. feud. c. 9. num. 6. Vult. lib. 1. c. 11 n. 113. Schrad. part. 9. p. 2. Sect. 2. num. 60. & p. 7. c. 3. num. 7. Rol. à Val. conſ. 28. n. 29. vol. 1.* Adeo † qui- 4
dem, ut ſi in poſſeſſione ſint, ratione meliorationis & fructuum extantium feudi retentionem habeant: *Dd. ad d. §. ſi vaſallus. arg. l. qui exceptionem. §. ſi pars. de condit. indeb. l. Paulus. de dol. except. l. Iulianus. 37. & l. in fundo. de rei vindic. Garzon. tractat. de femin. ad feud. recup. reſtrict. 27. num. 146. Schrad. p. 7. c. 3. num. 8. Roſenth. de feud. c. 7. concl. 54. num. 2.* Semel † verò legitimo tramite ejectæ, aut in poſſeſſione 5
26 Si ex conſuetudine, vel ſtatuto loci, maritus lucretur dotem, poſt mortem coniugis, exiſtentibus liberis, in dubio detrahenda prius eſt legitima liberorum.
27 Legitimam, ſtatutum, vel lex, nunquam remittit, niſi de ea expreſſa fiat mentio.
28 Statuto ſuper lucro dotis non includitur legitima.
29 Pactis, ut ſuperſtes maritus dotem lucretur, non auffertur liberis, quod ſtatuto, vel lege naturali, aut civili, debetur.
30 Dos eſt proprium uxoris, ſive matris patrimonium.
31 Ratio naturalis parentum hereditatem liberis addicit; item bona materna, & dotalia.
32 Afflicto non eſt addenda afflictio.
33 Dos adventitia mariti remanet, ſi nulli extent liberi.
34 Aut, in caſu, quo extant liberi, ſalva illorum legitima.
35 Generali lege, pacto, vel ſtatuto non includitur legitima.
36 Adventitia dos, apud maritum manet, habito reſpectu ad extraneum, qui dotem dedit: eamque non repetit, niſi fortè pactus, vel ſtipulatus ſit, ſibi dotem reſtitui.
37 Dos profectitia, mortua uxore, ad patrem revertitur: extantibus autem liberis, horum remanet.
38 Dos etiam adventitia proprium uxoris eſt patrimonium.
39 Hereditas nihil eſt aliud, quam univerſum defuncti patrimonium, ſive, id omne, quod deducto ære alieno ſupereſt.
40 Legitima liberorum triens, vel ſemis eſt, omnium bonorum, quæ habuit defunctus tempore mortis.
41 Bona iuri primogenituræ ſubiecta, primogenito ea conſuetudine deferuntur, neque ex iis detrahitur legitima.
42 Ex bonis feudalibus, & emphyteuticis, nec debetur, nec aſſignatur filiabus legitima.
43 Filiorum nomine etiam filiæ continentur.
44 Stante ſtatuto hoc vel pacto, ut vir lucretur dimidiam dotem,

extantibus

Digitized by Google

extantibus liberis, detrahi prius debet legitima, & reliquum æqualiter dividi.

45 Dotalitio non conſtituto, iuxta conſuetudinem harum regionum, mulier bona illata repetit.

46 In electione mulieris eſt, utrum illata ſua repetere, an dotalitio contenta eſſe velit.

47 Leges non poſſunt ita promulgari, ut omnes caſus, qui quandocunque inciderint, comprehendant.

48 Quod contra rationem juris receptum eſt, non producatur ad conſequentias.

49 Statutorum verba omnia ſui natura ſtrictè interpretanda, ita ut quam minimum à civili, nedum naturali iure recedant.

50 Tum præſertim, quando agitur de gravi præiudicio tertii.

51 In omnibus æquitatis, quam ſtricti iuris, maior habenda ratio.

52 Legitima liberorum ſtatuto nequit tolli.

53 Legitima liberorum deſertus iure naturali.

54 Legitima liberorum ſuccedit loco alimentorum, quæ naturali iure liberis debentur.

55 Ius naturale eſt immutabile.

56 Quantitas & conſtitutio dotalitii de iure Saxonico.

57 Ceſſante ratione conſtitutionis, ipſam etiam conſtitutionem ceſſare oportet.

58 Legitima in totum ſtatuto tolli, aut auferri, quibus debetur, non poteſt.

59 Æqualitas inter coniuges ſervanda eſt.

60 Matrimonium ius ſocietatis in ſe habere dicitur.

61 Ius ſocietatis, utpote fraternum, non patitur, ut alter ſociorum lucrum tantum, damnum nullum; alter verò damnum tantum, lucrum nullum ex ſocietate expectet.

62 Mulieri cum dote, dotalitium conſtitutum debetur.

63 Sententia, qua decernitur, mulierem ratione dotis & dotalitii, aliis creditoribus præferri, in bonis mariti.

64 Bonum eſſe non poteſt, quod non idem ſit æquum.

65 Quando maritus lucratur dimidiam dotem ex ſtatuto, vel pacto, extantibus liberis, detrahi prius legitima debet & reliquum poſtea æqualiter dividi.

## Auxilium â Domino.

1 QVæritur † in facto: Nach dem die Fraw A. mit
Tode verblichen/ vnd keine immobilia, ſondern al-
lein mobilia, nemblich viertauſent/ fünffhundert
Thal. Darunter zweytauſent Mitgifft gelder / verlaſſen:
Ob die Tochter erſter ehe B. von der gantzen ſumm/vnd al-
ſo auch von den 2000. Thal. Mitgifft geldern / welche/
nach vblichem Sachſenrecht/ dem vberlebenden Ehe-
mann C. jure mobilium ab inteſtato zufallen den drit-
ten theil haben ſolle?

In genere iſt zumercken: daß/ die Sachſenrechte/
vnd deroſelben interpretes, indiſtinctè reden: quod
2 † maritus, poſt obitum conjogis, in omnibus ejus bonis
mobilibus, ultra dotem illatam, ſuccedat: *Landrecht lib. 3. artic. 36. in princip. gloſ. lat. Landrecht lib. 1. articul. 31. lit. C. ubi dicit maritum ſecundum jus Saxonicum, poſt mortem uxoris indiſtinctè ipſius lucrari mobilia. Fachſ. differ. 34. Reinh. differ. 35. part. 1. Zobell. part. 3. differ. 9. & differ. 10. in princip. Beuſt. de matrim. cap. 67. Anton. Ferron. lib. 1. de conſuetud. titul. 4. de dote. §. 6. in princip. Andr. Rauchb. lib. 1. quæſt. 39. in princip. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 246. Thoning. deciſ. 3. num. 8. Henning. Göden. conſil. 100. num. 9. Schurf. conſil. 3. in fin. Schneid. de ſucceſſ. ab inteſt. tit. de ſucceſſ. juris Saxon. inter mar. & uxor. in princip. p. 426. & ſeq. ubi ait*: Maritus indiſtinctè uxori ſuccedit, non tantum in dote, quam in pecunia numerata attulit, ad maritum: ſed etiam, in omnibus alijs bonis paraphernalibus, mobilibus ſcilicet, quæ ultra dotem datam vxor reliquit. Item: Nach abſterben der Frawen / erbet der Mann / nach Sächſiſchem Recht / alle fahrende habe / Bahrſchafft / ſilbergeſchier/ vnd andere fahrnüß / auſſer den ſtücken / ſo zur gerade gehören: In tantum ut non diſtinguatur an uxor reliquerit liberos eiuſdem, vel alterius matrimonij, vel alios conſanguineos: Maritus † enim bis 3
omnibus, in bonis mobilibus præfertur, ubicunque locorum illa reperiantur. *Coler. d. part. 1. cap. 3. nu. 246.*
Et hoc † in tantum obtinet, ut mulieri nefas ſit, ex hoc 4
lucro mariti, per teſtamentum, vel ultimam voluntatem, quicquam intervertere, ſive aliud conſtituere: *per ea, quæ notant. Dd. in auth. præterea. C. vnde vir & uxor. Conſtit. Elect. part. 3. cap. 7. & faciunt, quæ tradit. Schurff. conſil. 86. centur. 1. Roland. de lucro dot. quæſt. 82. Cachr. deciſ. 20. Viv. deciſ. 245. num. 9. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 25. num. 12.*
niſi † fortè mulier, hanc poteſtatem, ſibi, conſentien- 5
te marito, in pactis nuptialibus, expreſſe reſervaverit: *Phanuc. in tract. de lucro dotis gloſ. 13. Andr. Rauchb. lib. 1. quæſtion. 39. num. 3.* Dahero dann geſagt/ vnd inferirt werden könte: daß C. obgedachten 4500. Thal. als ein beweglich gut / jure mariti, per ſucceſſionem ab inteſtato, alleine gebühreten/& per conſequens, daß hiervon einige legitima, keines weges abgezogen werden könte: cum, † ubi leges non diſtinguunt, nobis etiam 6
diſtinguendum non ſit: *argument. l. 8. ff de public. in rem. action. l. 1. §. & generaliter. ff. de legat. præſtand. l. non diſtinguemus. ff. de arb. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. nu.* 30. Deſſen aber vngeachtet / hacque dubitandi ratione non obſtante iſt kein zweiffel / etiam ex mobilibus, marito debitis, legitimam detrahi. Vnd müſſen ob allegirte jura, cum hac limitatione, verſtanden werden: Poſt
† mortem uxoris, conſequi quidem maritum mobilia 7
omnia: ab inteſtato, exceptis tamen utenſilibus, quæ filiæ, vel proximæ agnatæ deferuntur: *Landrecht lib. 1. artic. 20. & 27. lib. 3. art. 38. & VVeichb. artic. 23. Piſtor. lib. 2.*
*quæſt. 32. num. 1.* &c, † ſalva liberorum legitima, ſi aliunde 8
haberi nequeat: *Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 3. num. 247. & ſeq. Beuſt. in l. 1. de jurejur. num. 175. VVeſſenb. tit. unde vir & uxor. num. 3. & conſil. 24. num. 5. volum. 1. Rol. à Valle de lucro dot. quæſt. 27.* Hancque limitationem, ad idem jus Saxonicum, de ſucceſſione mariti, in mobilibus, ab uxore relictis, annotant ipſi interpretes juris Saxonici ante allegati: Ita enim *gloſ. latina d. lib. 1. Landr. artic. 31. lit.* C. quam ſequitur *Dan. Moller.* novisſimè *ad conſtitut. Auguſt. Elect. part. 3. conſtit. 11. num. 23.* De jure Saxonum, maritus indiſtinctè conſequitur mobilia, poſt mortem uxoris, detracta tamen legitima, liberis primi matrimonij debita, ſi eam aliunde, puta ex bonis immobilibus, conſequi non poſſint. Idem tenet *Schurrer. in tract. de ſucceſſ. ab inteſtat. titul. 16. pag. 300.* ubi expreſſe ait: maritum lucrari mobilia, ſalva tamen legitima liberorum, ſi ſuperſint. Idem expreſſius ſtatuit *Iohan. Schneidvv. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. rub. de ſucceſſ. inter vir. & uxor. poſt princip. pag. 427.* ubi, præmiſſa regula: maritum, per ſucceſſionem ab inteſtato, mobilia omnia lucrari & acquirere, etſi ſuperſint liberi, ſubijcit: Limitabis tamen hanc concluſionem, & tertiam ejus ampliationem, quod, ſcilicet, etiam liberis præferatur maritus, in ſucceſſione mobilium, ita procedere, ut ſalva maneat legitima liberorum, & parentum. Quando enim uxor moritur, & habuit tantum mobilia bona, tunc, licet maritus ea lucretur, tamen liberis ipſius uxoris deſunctæ, ex eodem, vel alio matrimonio natis de iſtis bonis mobilibus, legitimam præſtare cogitur. Idem: Quando mater relinquit quædam immobilia, ſed modica, ita ut de illis, liberi integram legitimam conſequi non poſſint, tunc maritus tenetur de bonis mobilibus legitimam ſupplere. Ratio limitationis eſt, quam addit *ibidem Shneid.* Quia † legiti- 9
ma debetur liberis à jure naturæ: *l. ſcripto. in fin. ff. vnde lib. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. l. cum quæritur. & l. omni modo. C. de inoffic. teſtam. l. nam etſi parentibus. ff. eod. §. igitur. Inſtit. eod. tit. §. 1. auth. de trient. & ſemiſſ. §. 1. auth. de hered. & Falcid. Decius in l. quia ſanguinis. ff. de Reg. Iur. Roland. à Valle. conſil. 28. num. 31. & conſil. 78. num. 2. volum. 1.*

10 *volum. 1. Pariſ. conſil. 28. num. 5. vol.* 3. Ideò † & nullo ſta-
tuto, vel conſuetudine, liberis auferri poteſt: *auth. no-
viſsima. cum ibi notat. C. de inoffic. teſtam. Gail. libr. 2. obſerv.
122. Mynſing. 5. obſervat. 43. & 6. obſerv. 44. Curt. inc. fin.
ſect. 5. num. 11. extr. de conſuet. Eman. Soarez. in theſaur.
recept. ſent. num. 169. Schneid. in §. jus autem. num. 22. &
ibid. VVeſſenb. in addit. de jur. nat. gent. & civ. & in § fin.
num. 4. Inſtit. de legit. agn. tut. Covar. tract. de ſponſal. part.
2. cap. 8. §. 6. num. 4. Brun. in tract. de ſtatut. exclud. fam.
articul. 9. quæſt. 1.* Auferatur autem, per ſtatutum ju-
ris Saxonici, de ſucceſsione mobilium, marito, poſt mor-
tem uxoris, competente, niſi ſucceſsio illa, ſive, lucrum
illud, intelligeretur, ſalva liberorum legitima, eo caſu,
quo aliunde, puta, ex immobilibus bonis, haberi legi-
tima nequit. Dieſem nach / wird in ſpecie gefraget /
weil / ex prædictis mobilibus, der 4500. Thal. 2000.
Thal. C. pro dote numeriret ſein / ob auch hiervon /
der Tochter erſten Ehe B. der dritte theil / nemblich 666.
Thal. 16. gr. gebühre: oder aber / ob ſie allein / von den v-
brigen paraphernalibus, der 2500. Thal. den dritten
theil / nemblich / 833. Thal. 8. gr. haben ſolle? Et quidem,
pro marito C. videtur dicendum: quod, ex dote doc-
tum militum, non detrahatur legitima, per jura, & ra-
tiones, quæ ſequuntur.

Erſtlichen / weil clares verſehenen rechtens: Do-
11 tem † adventitiam, cujuſmodi noſtra etiam eſt, utpote
à matre data filiæ defunctæ, mortua in matrimonio
muliere, apud maritum manere, eandemq; lucrari ma-
ritum: *l. un. §. accedit. 13. C. de rei uxor. act. Vlp. in fragm.
tit. 6. §. mortua. l. Celſus. 22. de relig. & ſumt. fun. l. mulier.
20. de condit. inſtit. l. 5. ff. de bon. damn. l. 23. ff. de evictión. l.
1. C ſi adverſ. donat. l. 15. ff. de fund. dot. Cujac. 9. obſer-
vat. 4.*

12 Zum andern / quia, † ex juribus prædictis, lu-
crum dotis, quod defertur viro, per ſtatutum, uxore
præmoriente, ſine filijs, non dicitur eſſe, de hereditate
mulieris mortuæ, unde legitima tanquam pars, detrahi
poſſit: ſed patrimonium mariti: *Roland. à Valle, in tract.
de lucro dotis. quæſt. 90. poſt gloſ. in l. pro hereditarys. verſic.
ſexus C. de hered. act. Moller. ad Conſtitut. Saxon. part. 3. conſt.
11. num. 9.*

13 Zum dritten / per † expreſſum textum, *in l. hac edi-
ctali. 6. C. de ſecund. nupt.* ubi dicitur: ſingulis æquas partes
habentibus: *& paulo poſt ibid.* Ita tamen, quod quarta
pars: ubi Imperator mentionem faciens de legitima,
vult æqualiter dividi dotem. Vnde mens illius ea fuiſſe
videtur: ſtante pacto, vel ſtatuto, quod, extantibus libe-
ris primi matrimonij, maritus certam portionem dotis
lucretur, filios, ante detractionem hujus lucri, legitimã
detrahere non poſſe, ſed integram dotem æquis por-
tionibus dividendam eſſe: quam ita inducit *Teſſaur. deciſ.
184. n. 1. & ſeq.*

14 Zum vierdten / per † textum expreſſum, *Conſtitut.
Saxon. part. 2. conſt. 42.* ubi dicitur. Wann einer Frawen /
ein Leibgeding auffgerichtet / vnd beſtetiget / welches ſie
auch beliebet / vnd angenohmen / daß dargegen jhre Mit-
gifft / vnd einbringen / verleſche vnd abgehe. Vnde con-
ſequens eſt dotem ita expirare, ut nulla ejus ſit repe-
titio, neque mulieri ipſi, neque heredibus ejus Daß
es / pro patrimonio uxoris, nicht mehr zu achten / auch /
nach deroſelben Todt / in hereditatis conſideratio-
nem, nicht kommen / oder gezogen / werden könne. *pul-
chrè Moller. ad d. conſtit. 42 num. 2. & ſeqq. ubi ita addit.*
Etſi iniquum id videbatur, cum evenire facilè poſ-
ſit, ut, non multo poſt dotalitiom conſtitutum, mo-
riatur mulier, & tam liberi ipſius, etiam in legiti-
ma, non rarò defraudentur. Quia tamen id in-
certum eſt, & ſæpè evenit, ut, defunctis maritis, in
multos annos vitam producentes viduæ, ex dotali-
tio tantum lucrentur, ut quantitatem illatæ dotis,
longè excedat, dubius hic, & incertus mortis illarum
eventus efficit, ut, æquum & juſtum habeatur, quod in-
iquum videri poterat: adde tradita, per eundem, *ad con-
ſtitut. 22. part. 3. n. 29. & ſeq.*

Zum fünfften: quoniam maritus, pro dote acce-
pta, dotalitium conſtituendo, multum oneratur: Weil /
das Leibgeding / mit zehen / Jährlich verzinſet werdẽ muß:
æquum ſane eſt, & rationi conſentaneum, eundem in a-
lio onerum relevari. Jura enim † expreſsim ſanciverunt: 15
quod nemo duplici onere aggravari debeat: *l. navis. §.
cum autem. ff. ad L. Rhod. de jact. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſo-
lut. matr. Gravet. conſ. 803. num. 3.* Vnd heiſt alhier billich:
Qui † ſentit onus & incommodum, debet etiam ſentire 16
commodum: *l. ſecundum naturam. ff. de regul. jur. c. qui ſentit
eod. in 6. l. is qui in poteſtate. § fin. ff. de legat. præſt. Paul. de Caſtr.
conſ. 133. incip. iſte Martinus. lib. 2.* Item † cum damno & in- 17
commodo alterius, locupletari neminem debere: nam
hoc natura æquum eſt: *c. locupletari. de reg. jur. in 6. l. nam
hoc natura ff. de condict. indeb. l. jure naturæ. ff. de reg. jur. l. re-
ſcriptum. §. 1. de diſtract. pign. l. jur. §. ult. de jur. dot.* Idq. † et- 18
iam in minoribus, atque pupillis procedit: *l. ſi pupilli. in
pr. de neg. geſt. l. 3. in pr. ff commod. l. quamvis. §. ult. ff ad. SC. Vel-
lejan. l ult. C. de uſucap. pro emt.* imò & in Eccleſia: *Bald. in l.
jubemus. §. ſane in pr. C. de SS. Eccleſ. gloſ. & Bart. in auth. quas
res. C. eod. & in l. ſi prædium. in pr. C. de præd. minor. Panorm. in
c. ſi quis presbyterorum in. fin. de reb. Eccl. non alien. Alexand. conſ.
4. viſo proceſſu. col. 1. lib. 3.*

Zum ſechſten / per tradita Baldi, *in l. 1. verſ. tertio quæ-
ro. C. de inoffic. dot. &, poſt eum, communiter Dd. relati per Roland.
à Val. in tr. de lucro dot. quæſt. 24. & Phanuc. in tr. ejuſdem argu-
menti gl. 5. n. 33. & ſeq.* Valere † ſtatutum, quo, uxore præ- 19
moriente, maritus lucratur totam dotem, in præjudi-
cium liberorum primi matrimonij, etiam quoad legiti-
mam: non obſtante iniquitate, quam videtur hoc ſta-
tutum continere: quia concedo, inquit Baldus ibidem,
iſtud jus non eſſe æquum, tamen eſt bonum, ſecundum
ſitum generativæ, & appetivæ regionis.

Zum ſiebenden / per communem opinionem, ſive
autoritatem Dd. pro marito concludentium: *Accurſ. in
l. hac edictali. verb. dividi: quem ſecuti ſunt Iacob. de Raven. Cyn.
Pet. de Bellapert. Salic. Angel. Bald. Caſtr. Innoc. & alij relati à
Rol. à Vall. in tr. de lucro dot. quæſt. 17. Burſat. conſ. 211. num. 7.
verſ. 4. & ult.* ubi ait, hanc opinionem forte veriorem eſ-
ſe: & videtur in terminis conſuluiſſe *Roland. conſil. 62. per
tot. lib. 3.* faciunt huc quæ ſcribit *Gravet. conſ. 186. n. 12. 13.*

Zum achten: quia quotidie ita practicatur; ut ma-
ritus dotem lucretur integram, nec ullam ejus partem
dividat, cum heredibus uxoris defunctæ: adeoque † mi- 20
nime mutandum eſt, quod certam interpretationem
jamdudum habuit: *l. ſi de interpretatione. l. minimè ff. de le-
gib. l. quod ſi nolit. §. aſsiduo. ff. de adilit. edict.* Id quod tã à jure-
conſultis, quam ab Imperatoribus, factitatum fuiſſe re-
perimus, qui ſæpius, opinionis ſuæ fundamentum, non
aliunde, quam ex communi obſervatione deſumunt:
ut apparet *ex l. filius emancipatus ff ad L. Cornel. de falſ. & in l.
1. ad fi. verſ. impubes. ad SC. Syllan. & §. penult. Inſtit. de ſatisda-
tionib.* Wie aber dem allem / vnd / ob wol / dieſe / vnd andere
motivẽ, ſehr ſcheinlich vnd / das anſehen haben / alß ſolte
der vnmündigẽ Tochter / erſter Ehe / von den 2000. Thal.
Ehegeld / der dritte theil nicht gebühren / bin ich doch nach-
mals der wiedrigẽ meinung / vnd halte gẽtzlich davor / daß
freylich / auch von obgedachtẽ Ehegeldern / die legitima, der
Tochter erſter Ehe gebühre / auß nachfolgenden hohen vnd
wichtigern Vrſachen: Erſtlich: quia dos, ſive res dotalis,
per dotalem contractum, non tranſit pleno jure ad ma-
ritum, ſed tantum jus dotis, ſive uſusfructus: proprieta-
te uxoris manente. Atqui, ab omnibus rebus defunctæ
uxoris, ſpecialiter non exceptis, detrahitur legitima,
quæ eſt tertia omnium bonorum: Ergo & à dote omni-
no detrahi debet. Quodque † dos, inter vivos pleno 21
jure

jure mariti non ſit, inde ſatis probatur, quia eſt, & dicitur patrimonium mulieris proprium: *text. in l. 3. § ſed utrum. §. ergo. ff. de minor. l. Pomponius. ff. famil. herciſc. l. paterfamilias. in fin. ff. ad L. Falcid. l. in rebus. C. de jur. dot. gl. in l. Lucius Titius. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſolvat.* tum etiam,
22 quia † dos, ſoluto, quin & interdum conſtante matrimonio, repetitur: *t. t. ff. & C. ſolut. matrim. quemad. dos petat. l. un. C. de rei vxor. act. c. per veſtras. de donat. int. vir.* quæ
23 † repetitio, non modò jure approbata, ſed & privilegio duplici in rem fœminarum, munita eſt prioritatis ſcilicet, & retentionis, quam & Saxonũ jus probat: *VVeichb. artic. 57. in §.* hat jhr aber/ *verb.* ſie ſitzet in dem erb / vor jhr eingebracht gut/ *& notat additionator* Landrecht *lib. 1. artic. 20. in gl. latin. lit. C. Coler. de proceſſ. exec. p. 1. cap. 2. n. 193.* ubi id tota die ſic practicari dicit. Quod autem ex bonis mariti, vivi vel mortui repetitur, mariti non eſt, aut eſſe dici poteſt.

24 Vors ander/ weil clares rechtens/ quod † maritus, jure ſucceſſionis ab inteſtato, lucretur dotem numeratam una cum reliquis mobilibus: per tradita expreſſe à *Schneidvv. de ſucceſſ. ab inteſt. tit. de ſucceſſ. jur. Saxon. inter vir. & uxor. per* Landr. *lib. 1. artic. 31. & art. 76. lib. 3.* ubi tradit, &, pro ampliativa interpretatione, illorum textuum expreſſè ponit: cum, per illos textus, maritus ſuccedat uxori, in omnibus bonis mobilibus, locum id habere, ut non diſtinguatur, an matrimonium fuerit, ſine dote, vel an dos data ſit. Indiſtinctè enim maritũ uxori ſuccedere, non ſolum in dote, quam in pecunia numerata attulit ad maritum, ſed etiam in omnibus alijs paraphernalibus mobilibus. Vnde conſequens eſt, dotem, ſive, rem dotalem, una cum reliquis mobilibus, partem hereditariam eſſe, & hereditatem conſtituere: ob id ipſum, quia jure ſucceſſionis ab inteſtato mariti eſt: cujus ſucceſſionis objectum proprium eſt, hæreditas ab inteſtato delata: habentque ſe, vt proprium adjunctum, & ſubjectum, in quarto modo: hereditas ab inteſtato delata, & ſucceſſio ab inteſtato. Nec quicquam ſucceſſionis jure ab inteſtato ad maritum devolvitur, niſi hæreditas ſit: cum remoto & poſito adjuncto proprio, ſive, ſucceſſione ab inteſtato, removeatur, & ponatur hereditas ab inteſtato debita. Cum ergo hereditatis pars ſit dos, & jure hereditatis, ad maritum devolvatur, rectè etiam inde legitima detrahitur: quia omnem hereditatem matris, legitima, ſive tertia hereditatis minuit: vnde &, in vniverſum, hereditatis, non partis alicujus ex hereditate, tertia dicitur: ac, ubi jura non diſtinguunt, nos etiam diſtinguere non debemus: atque huc referri poſſunt, quæ infra, in refutatione primæ objectionis, dicuntur.

Vors dritte/ ubi eadem eſt ratio, ibi meritò idem etiam eſt jus: atqui dos numerata, jure mobilium, per ſucceſſionem ab inteſtato devolvitur ad maritum. Eodem igitur jure, & exemplo reliquorum mobilium, inde etiam tertia hereditatis detrahitur: cum generaliter
25 ſcriptum ſit: omnia † mobilia, etiam dotem, lucrari maritum ſalva legitima: *Schneidvv. d. loc. pag.* 427. Quod, ex mente *Schneidvvini* ita intelligendum eſt, ut etiam dos, una cum reliquis mobilibus paraphernalibus, acquiratur marito, per ſucceſſionem ab inteſtato, ſalva legitima: quia enim *Schneid.* regulam præmittit generalem: Dotẽ & omnia mobilia lucrari maritum, etiamſi extent liberi: & limitationem ſubjicit generalem: ſalva tamen liberorum legitima: utique ipſius mens hæc eſt, etiam dotem, aliter, quam legitima ſalva, maritum non lucrari. Idque ex ratione, quam ſubjicit *Schneid. ibid.* Quia legitima debetur liberis à jure naturæ, ita, ut ſtatuto nullo: vel conſuetudine, auferri iiſdem poſſit. Quæ ratio, tam in dote, quam in reliquis mobilibus, locum habet. Quocirca etiam generaliter, tam doti quam reliquis mobilibus ſubjicitur à *Schneidvvino*: Quid enim, ſi nulla, vel exigua, extent paraphernalia: utique filia fraudabitur legitima, ſi dos integra devolvatur ad maritum: Inque tantum, ex dote, & reliquis mobilibus detrahi legitimam tradit *Schneid. d.* loco, ut etiam id obtinere velit, ſi mater reliquerit, quædam immobilia bona, ſed modica, ita ut de bonis immobilibus liberi integram legitimam conſequi non poſſint. Tunc enim ait, maritum, de bonis mobilibus, debere legitimam ſupplere. Vnde apparet id *Schneid.* velle: niſi immobilia ejus ſint pretij, quod tertiam dotis, & mobilium omnium, ad maritum devolutorum, exæquent, id, quod deeſt, de dote, & reliquis mobilibus ſupplendum eſſe.

Vors vierdte / ſchlieſſen die Rechtsgelehrten einhellig dahin: Si † ex conſuetudine, vel ſtatuto loci, maritus 26
dotem lucretur, poſt mortem conjugis, exiſtentibus ex primo matrimonio liberis, in dubio detrahendam prius eſſe legitimam liberorum: *Coraſ. in l. 2. num. 25. ff. ſolut. matr. Rol. à Valle in tract. de lucr. dot. quæſt.* 27. dicens, hanc eſſe de jure veriorem, & communiorem ſententiam, à qua judicando non ſit recedendum. *Theſſaur. deciſ.* 184. *n.* 5. ubi pro hac ſententia, plurimos allegat, &, pro lege ſervari hãc deciſionẽ, in Senatu Pedemontano affirmat.
Ratio eſt: quia † nunquam, lex vel ſtatutum, ſolet legi- 27
timam remittere, niſi de ea expreſſa fiat mentio: *l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam.* &, † in ſpecie, de ſta- 28
tuto ſuper lucru dotis, quod non includatur legitima: *Bald. conſil. 373. Super puncto. verſ. ſed bene. lib. 5. Bero. conſil. 29. num. 3. lib. 2.* & multas, pro hac opinione, rationes adfert *Roland. à Valle, tr. de lucr. dot. quæſt. 27. ubi plurimos allegat.* Vide, In ſimili, quod in terminis juris Saxonici, huc facit apud *Schurer. tr. de ſucceſſ. ab inteſt. tit. 16. pag.* 300.

Vors fünffte/ iſt manifeſti juris, per † pacta, ut 29
ſuperſtes maritus dotem lucretur: *l. 2. l. 12. l. 24. ff. de pact. dot. l. 6. l. 9. cum l. ſeq. C. eod. tit. d. l. un. §. 6. C. d. t. Iac. Butr. tract. de dot. num. 51. Gothofred. tract. de reſtit. dot. num. 49. & ſeq.* auferri liberis non poſſe, quod, ſtatuto, vel lege naturali, aut civili, ipſis debetur: *Bald. in l. 35. C. de inoffic. Iaſ. & Dd. vulgo in auth. præterea. C. unde vir. & ux.* Idque in legitima, inprimis obtinet, quam, utpote naturali jure debitum, nullo pacto, vel ſtatuto tolli poſſe, ſæpe conſtitutum eſt. Quamvis, hoc in caſu, tale pactum, de lucro dotis, non extet. Extat ejuſmodi pactum ſolummodo: Laut der Eheberedung: das/ bey der Eheſtifftung 2000. Thal. mitgifft gelder dem Breutigam/ vnd/ von jhme/ hinwiederumb/ die Leibgedinge/ quæ tamen ſecuta non eſt, reciprocè verſprechen ſey. Item: daß die Witwe jhre Fraw Mutter/ vnd Vormunder / jhr reſerviret, vnd vorbehalten/ was ſie ſonſten / auſſer der benanten Mitgifft/ an bahrſchafft hette/ oder künfftig haben/ vnd erwerben/ möchte / daß ſie / damit / zu thun / vnd zu laſſen macht haben ſolte. Quod ſi ergo legitima dotem minuit, etiamſi ex pacto eam lucretur maritus: quando magis minuet, ſi pactum, de dote lucranda interpoſitum non ſit.

Vnd haben/ vors Sechſte/ alle bißher allegirte fundamenta, vmb ſo viel mehr ſtadt/ propter qualitatem perſonæ legitimam petentis: quia filia petens tertiam, ex mobilibus, inter quæ & dos numeratur, eſt impubes, ad cujus ſuſtentationem, & educationem, multis adhuc alimentis, multiſq; ſumtibus ſit opus: itemq; propter qualitatem paraphernaliũ: quia, reliquorum mobiliũ quantitas, extra dotem, parva eſt, unde & tertia filiæ impuberis prorſus futura eſſet exigua, ſi que ex dote, detrahitur tertia, quãdo adſunt immobilia exigua, ut ex *Schneid.* dictum eſt ante, quanto magis detrahetur: ſi nulla extent immobilia, ſiq; mobilia, præter dotem, prorſus ſint exigua, ut hoc noſtro in caſu.

Vors ſiebende / ſuffragiret dieſer meinung expreſſus textus, *in l. hac edictali. 6. C. de ſecund. nupt. per deducta infra contra objectionem tertiam.*

Vors achte/ komt auch hinzu / ſumma æquitatis ratio.
Cum † n. dos ſit propriũ uxoris, ſive matris patrimoniũ. 30

l. 3. §.

*l.3.§.ſed utrum. ff. de minor.* æquum eſt, ut in ea ſuccedant li-
31 beri: cum ratio † naturalis, quaſi lex quædam tacita, li-
beris parentum hereditatem addicat, veluti, ad debitam
ſucceſſionem eos vocando, *ut ait Paulus Iureconſ. in l.cum
ratio.ff de bon.damnat.* quam rationem naturalem, etiam
ſecutus eſt Juſtinianus, *in conſtitut. Novel.118.cap.2.* &, in
terminis bonorum maternorum, textus eſt, *in l.1.& tot.
tit.C de bon matern.* idemque, in bonis dotalibus, reſpon-
dit, *Tiber.Decian.conſ.50.num.7.vol.1.* Cumque, ob matris
mortem, maximus ſit dolor, & luctus filiarum, ut etiam
ad eaſdem ſucceſſionis emolumentum perveniat, æ-
32 quitatis & rationis eſt: propterea, quod, † afflicto non
ſit addenda afflictio: *arg.l.ſi cum dotem.23.§.ſi pater.ff ſolut.
matrim. l.Titia.34.§.qui invita.5 ff. de legat.1. l.tam dementis.
C.de Epiſc.audient. l.divus. ff. de offic.præſid. Geil.lib.1. obſerv.18.
num.5. Menoch.conſil.80.num.32. Ceſar Lambert.tr. de jur.pa-
tron.lib.1.q.6.p.p.1.num.20. Cephal conſil.277.num.12. Roland.
à Vall conſil.87.num.27.volum.2.* Jam verò hic ſuperſtes
filia, cum ob matris obitum afflicta ſatis dudum eſſet:
affligeretur adhuc acrius, quæ, ob illam ipſam mortem
matris, carere etiam ſucceſſione ejus cogeretur: *arg.
princ Inſtit.de SC.Tertul.l.ult. C.de inſtit.& ſubſtit.l.un.in fin.
C.de bon.qui ante apert.tabul.* Ideoque meritò non ſucce-
dat alius, quàm ſola, ab ipſa, ſuperſtes filia: idque, ex
voluntate matris, quæ filiam impuberem magis,
quàm maritum dilexit, tacitèque voluit ipſi legitimam
hoc caſu deberi, ex mobilibus, quæ maritus lucra-
tur. Dagegen nichts irren / die / in contrarium droben
allegirte argumenta. Und iſt / auff daß erſte / diß zu-
antworten: Quod dicitur: dotem adventitiam, mor-
tua, in matrimonio, uxore, apud maritum manere, in-
33 telligendum eſſe, de caſu, quo † nulli extant liberi, re-
ſpectu extraneorum, ad quos non revertitur dos da-
ta, niſi ſit receptitia, id eſt, niſi is, qui dotem conſti-
tuit, pactus, vel ſtipulatus ſit, ſibi, dotem reddi, ſo-
luto matrimonio: *l.unic.§.accedit 13. C.de rei uxor. act. Vl-
pian.in fragm tit.de dotibus. Cajus in l. mortis.31.§.fine dona-
34 tione. verſ. ſed & dos. ff. de mort. cauſ.donat.* aut, † in ca-
ſu, quo extant liberi, ad minimum, ſalva illorum le-
gitima: quemadmodum textus illos declarant *Roland.
à Valle tr.de lucro dot.quæſt.17. Coraſ. in l.2.num.25.ff. ſolut.
matr. Anton. Teſſaur. deciſ.184.* & alij ab iiſdem allegati.
Habetque declaratio, vel limitatio iſta, multas ra-
tiones.

35 Prima eſt: quia † generali lege, vel pacto, vel ſtatu-
to, non excluditur legitima: *Salicet. in authent. noviſſi-
ma circa fin dicens, hanc eſſe æquiorem. C.de inoff teſtam. Iaſ.ib.
num.43.& ſeq. Bald.conſil.453.ſtatuto.num.1.2.lib.1. Alexand.
conſ.7.viſis.n.3.vol.2. Menoch.conſ.4.n.11. Weſenb.conſ.24.n.6.
& 7.ubi plures allegat.*

36 Secunda ratio dictæ limitationis eſt: quia † leges, de
adventitia dote, mortua in matrimonio uxore, apud
maritum manente, loquentes, reſpectum ſuum habent,
ad extraneum, qui dotem dedit: cui, per illas, dotis re-
petitio denegatur, niſi pactus, vel ſtipulatus ſit, ſoluto
matrimonio ſibi dotem reddi: *text. expreſſus in d.l.unic.§.
accedit.C.de rei uxor.act. ibi: neque enim in hac ſpecie volumus
videri extraneum tacitam ſtipulationem feciſſe.* Eſtque hæc
illarum legum mens & voluntas unica, in odium li-
berorum, ad diminutionem legitimæ, neutiquam
extendenda: quin potius benignè interpretanda, quò
& ipſa conſervetur, liberiſque naturalis portio, ſi-
ve legitima, maneat integra: *l. benignius. 18. ff. de le-
gib.*

37 Tertia limitationis ratio eſt, quia † profectitia, quæ
regulariter mortua uxore, ad patrem revertitur, *d.l.
un. §.fin. & paſſim. C.de rei uxor.act. l.6. ubi Gothofr.ff. ſolut.
matr. l.4. C eod. l.26. §.cum inter. de pactis dotalib.* extanti-
bus liberis, horum remanet: *Martin.gloſſat. in l.4. C.ſolut.
matr. l.fin.§.1. ut legat.nom.caveat. l.19. C.de collation. l.17. ad
SC. Macedon. Guid.Pap.conſil.12.num.8.* ubi per totum or-
bem terrarum id ſervari, & ubique notorium eſſe ait:
*Teſſaur.deciſ.190.per tot.ubi num.7.& 8. addit: ſtipulationem,
à patre factam, de dote ſibi reſtituenda, intelligi[illegible]re, non extan-
tibus liberis: plurimos ad hoc allegans: adde Andr. Fachin.lib. 3.
controverſ.cap.71.* Unde; per contraria oppoſita arguen-
do, quemadmodum leges, de dote profectitia, apud
maritum non manente, intelliguntur, cum hac reſtri-
ctione, niſi extent liberi, ſive, de caſu non exiſtentium
liberorum: ita etiam, per contrarium, leges de dote ad-
ventitia, apud maritum manente, cum eadem reſtri-
ctione intelligendæ ſunt, niſi extent liberi, aut, ſi ex-
tent, ut ſalva ipſis ſit legitima.

Quarta limitationis ratio eſt, quia † dos, etiam ad- 38
ventitia, proprium uxoris viventis eſt patrimonium:
*l 3.§.ſed utrum. ff.de minor. l.Lucius Titius.ff.quib. mod.pign.vel
hyp.ſolv. l.in rebus.C. de jur.dotium. l.un.§ fin.ibi: ad filiam, qua-
ſi proprium patrimonium dos revertatur: & §.accedit. ibi: mu-
lier habeat rei uxoriæ actionem: item ibi: ſi non ſpecialiter ex-
traneus dotem dando, in ſuam perſonam, dotem ſtipulatus ſit,
vel pactus fuerit, tunc præſumatur mulierem ipſam ſtipulatio-
nem feciſſe, ut ei dos ex hujuſmodi caſu accedat. C. de rei u-
xor.action.* quibus omnibus, inprimis verò actione re-
petitoria uxori competente, pluſquam manifeſtè con-
firmatur, uxorem rei dotalis dominam eſſe, quouſ-
que vivit, ſibique rei ſuæ, ſive uxoriæ, actionem com-
petere. Unde æquum eſſe videtur, ut, in ea, tanquam
matris patrimonio, liberi potius ſuccedant, quibus
vel tota parentum ſubſtantia, vel certè legitima debe-
tur integra: cumque, ut ante dictum, ob mortem ma-
tris, maximus ſit dolor liberorum, juſtum ſanè eſt,
ut etiam ſucceſſionis emolumentum ad eos perve-
niat: &, illud quidem inſuper, ex tacita matris volun-
tate, quæ liberos ſuos magis, quàm maritum, ma-
ximè ſecondi matrimonij, ut noſtro in caſu, dile-
xit, illiſque patrimonium ſuum relinquere vo-
luit.

Quinta & ultima dictæ limitationis ratio eſt: quia
ubique dicitur: Dotem adventitiam, mortua in ma-
trimonio uxore, apud maritum manere: Non dicitur,
nec ab ullo interprete defenditur: Dotem, viva uxo-
re, mariti eſſe: ſed, mortua uxore, apud maritum mane-
re: quod idem eſt, ac ſi diceretur: Dotem, mortua uxo-
re, marito, per ſucceſſionem ab inteſtato acquiri, heredi-
tatis titulo. Quicquid enim, per, & poſt mortem ho-
minis acquiritur, hereditas, aut pars hereditatis eſt, &
dicitur, cum hereditas † nihil ſit aliud, quàm univer- 39
ſum defuncti patrimonium, ſive, id omne, quod, dedu-
cto ære alieno, ſupereſt, mortiſque, ſive ſucceſſionis per
mortem exiſtentis titulo, ex diſpoſitione legis vel ho-
minis, ab inteſtato, vel ex teſtamento, qualibetque a-
lia diſpoſitione defuncti acquirenda: *l. nihil eſt aliud.
24. ubi Dd.ff.de verb.ſignif. l.hereditas.62.ff. de reg.jur.verb.quod
defunctus habuit.cum ſimilib. Bartol.in l.fin.colum.fin.C.de edict.
D.Hadrian.tollend.* Quo pertinet textus apertus *libr.1.*
Landr *artic.5.in fin.* ubi dicitur: Mit welchem Gute / der
Mann verſtirbet / daß heiſſet alles Erbe / es ſey dann Lehen.
Et, quod eodem jure Saxonico, paſſim ad hereditatem
refertur, id omne, daß der Verſtorbene / in ſeinem Mun-
de verledigt: quodque per, & poſt mortem alterius,
alteri acquiritur: ut hîc de dote dicitur: quod, mortua
uxore, maneat apud maritum: de qua propriè dici-
tur: Daß die verſtorbene / in ihrem Munde / dieſelbe ha-
be verlediget. Unde neceſſario ſequitur: Eo caſu, quo
extant liberi, dotem, mortua uxore, non aliter apud ma-
ritum manere, quàm ſalva † liberorum legitima, quæ 40
triens, vel ſemis eſt, omnium bonorum, quæ habuit de-
functus tempore mortis, ſive, alle Güter / welche / der
Verſtorbene in ſeinem Munde verlediget: *Novel. 18. de
trient. & ſemiſ.c.1 authent.noviſſima.C de inoffic. teſtam. ubi gloſ.
& Dd communiter.* niſi quædam bona, à defuncto reli-
cta, detractioni legitimæ, per privilegium, ſpecialiter



Digitized by Google

ſint exemta: cujuſmodi ſunt, bona juri primogenituræ ſubjecta, ut Dd. loquuntur, veluti regna, Ducatus,
41 tus, Marchio[illegible]s, & ſimilia. Ex his † enim quia primogenito, ex conſuetudine deferuntur, legitima non detrahitur: *Guid. Pap. deciſ. 476. gloſſ. in c. licet devoto. Panorm. conſil. 12. in dub. 3. lib. 1. & alij, quos refert, ac ſequitur Tiraquel de*
42 *jure primogen. quæſt. 5.* item, † bona feudalia, & emphyteutica, quæ hæreditaria non ſunt: ſed conceſſa pro filijs ex pacto & providentia: ex quibus ſimiliter, nec debetur, nec adſignatur filiabus legitima: *ut aſſerunt Dd. communiter in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum. Bald. in l. maximum vitium. quæſt. ult. C. de lib. præter. Ripa in l. in quartam. num. 179. ff ad L. Falcid. Caſtrenſ. ad l. ſi patrom. ff ad Trebellian. Alexand. conſil. 29. num. 4. lib. 5. Piſtor. lib. 2. quæſt. 38. num. 15. & ſeqq. Vult. de Feud. lib. 1. cap. 9. num. 58. Schrader. de feud. part. 7. cap. 5. num. 46. Tonning. deciſ. 2. per tot.* &, ſi quæ ſunt alia bona, itidem, civili, vel Saxonum jure, ſpecialiter à detractione legitimæ excepta. Eſtque regula in non exceptis in contrarium: ex omnibus defuncti bonis, non exceptis, legitimam deberi, nullaque præſumi excepta, ſive exemta, niſi manifeſtò probetur. Atqui, theſin, ad hypotheſin, transferendo, dos, mortua in matrimonio uxore, apud maritum remanens, à legitima liberorum, aliquo expreſſo textu, excepta non eſt: ergo ex illa etiam detrahi, legitimam liberorum oportet: Et per conſequens: Jura, de dote adventitia, mortua in matrimonio uxore, apud maritum manente, cum hac reſtrictione, ſive limitatione, omninò intelligenda ſunt, niſi extent liberi, aut, ſi extent, ut ſalva ipſis ſit legitima: nimirum, quia detractionem legitimæ nominatim non excludunt, & quia hujuſmodi excluſio, ſive exemtio non præſumitur, niſi probetur.

**Auff daß ander** in contrarium allegirte fundament, **wird geantwortet** tripliciter. **Erſtlichen** / loqui allegatam regulam, in terminis ſeparatis, de caſu, quo nulli extant liberi. Tum enim, præmoriente uxore, pleno jure ita acquiritur, per ſucceſſionem, dos marito, ac ſi per contractum inter vivos plenè eidem fuiſſet acquiſita: nimirum, quia nemo eſt, qui in ſucceſſione maritum impediat: deque effectu & fictione juris intelligendum eſt, quod dicitur: Dotem, hoc in caſu, non dici eſſe de hereditate. Idque innuunt verba regulæ: Lucrum dotis, quod defertur viro, per ſtatutum, u-
43 xore præmoriente, ſine † filijs, quorum nomine etiam filiæ continentur, *l. filij. ff. de verb. ſignif.* non dicitur eſſe de hereditate.

**Zum andern** / plus eſſe in concluſione, quàm in præmiſſis. Poſito enim: Lucrum dotis, fictione juris, non dici eſſe de hereditate, non tantum in caſu, quo, ſine liberis, uxor præmoritur: verum etiam in caſu, quo extant liberi: inde tamen non ſequitur: legitimam ex dote detrahendam non eſſe: pluſque operatur veritas, quam fictio, in ijs potiſſimum, ubi jus eſt certum: nec tolli poſſunt naturalia, per jus civile; nedum juris civilis fictione.

**Zum dritten** / per inverſionem: quia, illo tantum caſu, quo, ſine liberis, uxor præmoritur, dotis lucrum non dicitur eſſe de hereditate, fictione juris, quamvis propriè ſit, cum defunctæ patrimonium fuerit, uſque ad mortem, per eamque mariti patrimonium eſſe cœperit. Ideò etiam, quia propriè loquendo, ad defunctæ uxoris ſubſtantiam pertinet, ſi extent liberi, legitima illorum inde detrahitur: quandoquidem ex omnibus parentum bonis, liberis adſignatur legitima, ſpecialiter non exceptis, ut paulò ante dictum eſt.

**Auff das dritte** argument, **vnd inſonderheit** / *ad l. hac edictali 6. C de ſecund. nupt.* **werd** / per inverſionem, geantwortet: dann / eben in demſelben Text / klar verſehen / daß die Kinder / an dem eingebrachten Ehegelde / ihren Theil auch haben / vnnd / daß die Eltern / Vatter / oder Mutter / wann ſie / ad ſecunda vota, ſchreitten / nicht Macht haben ſollen / dieſelbe / den Kindern zu Nachtheil gantz zuvorgeben. Verba textus hæc ſunt: Hac edictali lege, in perpetuum valitura, ſancimus, ſi ex priore matrimonio, procreatis liberis, pater materve, ad ſecunda, vel tertia, aut ulterius repetiti matrimonij vota, migraverit, non ſit ei licitum, novercæ, vel vitrico, teſtamento, vel ſine ſcriptura, ſive codicillis, hereditatis jure, ſive legati, ſive fideicommiſſi titulo, plus relinquere nec dotis, aut ante nuptias donationis, nomine, ſive mortis cauſa habita donatione conferre, nec inter vivos conſcribendis donationibus, quàm filio, vel filiæ, ſi unus, vel una extiterit: quod ſi plures liberi fuerint, ſingulis æquas partes habentibus, minimè plus, quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum, novercamque transferri.

Dahero außdrücklich zuſehen / vnnd zuſchlieſſen: Wann / eine Mutter / ad ſecunda vota ſchreitten / vnd ihrem Breutigam / oder Ehemann anderer Ehe / ein gewiß ſtücke Gutes / oder Geldes / pro dote, zubringen wil / quocunque id fiat pacto, vel titulo, daß hievon / ex diſpoſitione *d. l. 6. C. de ſecund. nupt.* der Tochter erſter Ehe / die Helffte / allerdings vorbehalten / vnnd ſpecifice außgeſetzt werde. Vnd / ob die Helffte / ſolcher Mitgifft / der Tochter erſter Ehe / per diſpoſitionem matris, nicht vorbehalten würde / ſo iſt ſie doch ihr reſerviret, per diſpoſitionem legis, quam, hoc in caſu, mutare, vel tollere hominis diſpoſitio nequit. cum ſit prohibitoria, ut ſatis apparet ex illis verbis *d. l. 6. hac edictali lege*, in perpetuum valitura, ſancimus. Item: minimè plus, quam ad unumquemque eorum pervenerit, ad eorum liceat vitricum, novercamque transferri. Recteque Salicet. & poſt eum Gothofred. ex mente concordantium Dd. *ad d. l. 6.* ita ſcribit: Conjux tranſiens ad ſecunda vota, non poteſt ullo titulo, in ſecundum conjugem transferre plus, quàm reliquerit uni ex filijs, vel filiabus primi matrimonij: &, quod ultra reliquerit, non valet, ſed inter liberos æqualiter dividitur: Quaſi diceret, ipſo jure nullum eſſe, quod ultra datur. Ja es ſind die Dd. in der einhelligen Meinung / wann / juxta diſpoſitionem *d. l. 6. C. de ſecund. nupt.* Der Manne anderer Ehe ex pacto, vel ſtatuto, certam partem dotis lucriret, vnd dieſelbe mit den Kindern erſter Ehe theilet: quod, ſtante † ſtatuto hoc, vel pacto, ut vir lucretur dimi- 44
diam dotem, extantibus liberis, detrahi prius debeat legitima & reliquum æqualiter dividi: *Ant. Teſſaur. in terminis deciſ. 184. num. 4. 5. & ſeq.* ubi communem eſſe dicit plurimoſque allegat, & ſæpè ita deciſum, teſtatur, & pro lege deciſionem iſtam perpetuo ſervandam eſſe monet: ſimulque illorum opinionem refellit, qui putant, diſtinguendum eſſe, an ſimus in caſu ſtatuti, vel conſuetudinis: an verò in caſu pacti, ſive diſpoſitionis per uxorem factæ. Sonn / in einem ſolchen Fall / wann der Mann / dotem illatam mit den Kindern / erſter Ehe / theilet / deroſelben legitima zuvor abgezogen wirdt / wie viel mehr ſol vnd muß dieſelbe abgezogen werden / quando maritus, ex ſtatuto, integram dotem retinet, ut noſtro in caſu. Folget demnach vnwiderſprechlich / ex diſpoſitione *d. l. 6. C. de ſecund. nupt.* daß der Tochter erſter Ehe / ex dote, ihr Pflichttheil nicht weniger / als auß andern Erbſtücken gebühre.

**Auff das vierte** argument, vnd / inſonderheit / *ad Conſtitut. 42. part. 2.* iſt dreyerley zuantworten.

Erſtlichen / daß dieſelbe Rede in terminis ſeparatis: nemlichen de caſu, wann / einer Frawen / gegen ihrem eingebrachten Gute / ein Leibgeding auffgerichtet vnd beſtetiget / welches ſie auch beliebet vnd angenommen. Atqui noſtro in caſu, iſt kein Leibgeding auffgerichtet / oder beſtetiget / viel weniger beliebet. Dann / ob wol C. bey der Eheberedung / dotalitium promittiret; hat er doch daſſelbe niemals effectuiret, oder ins Werck gerichtet: darumb

bleibt

bleibt dieſer Fall billich in diſpoſitione juris cnmmunis
Saxonici, de qua eleganter, *Weſenbec. conſil. 26. n. 26. in*
45 *fin. & num. 27. ubi ita ſcribit:* Quod ſi † in vita maritus hoc
facere, id eſt, dotalitium conſtituere, diſtulerit, certiſſi-
mum eſt, qnod, juxta conſuetudinem harum regio-
num, mulier importata ſua repetere poſſit, niſi contrà,
heredes, competentem donationem propter nuptias
offerant, & eandem ſponſalitiam largitatem, ſive dota-
litium volenti conſtituant, quod maritus facere de-
buerat: *Schurff. conſil. 51. dubium. num. 1. cent. 3. Zobel artic.*
*75. Landr. lib. 3.* nec hoc, à jure communi, etiam eſt diſ-
ſentaneum: *l. ſi ego. §. ſi res. de jur. dotium. Deciſ. Neapol. 385. n.*
46 *6. Iacob. in tr. feud. verb. & cum pacto. num. 35.* Imò, † eſt in ele-
ctione mulieris, utrum ſua illata repetere, an dotalitio
contenta eſſe velit: *Conſtit. Auguſt. part. 3. conſtit.* 44.
Et, per conſequens, weil / dos illata noviſſimo Saxonum
jure, anders nicht / als per dotalitij receptionem, & con-
ſtitutionem, erloſchet / vnd deß Mannes volkommen
Eigenthumb wird / auch / auſſer diſem Fall / eigentlich in
dominio, ſive dominium & patrimonium uxoris
verbleibet / vnnd / in deroſelben Mund / durch tödlichen
Abgang / ſich verlediget: Als wird auch die legitima,
tanquam ex ſubſtantia defunctæ matris, von der
Tochter erſter Ehe / billich petiret, vnnd erhalten.

Vors ander / den vngeſtandenen Fall zuſetzen: wenn
ſchon C. dotalitium promiſſum ins Werck gerichtet /
vnd conſtituiret hette / könte gleichwol dahero / domi-
nium illatæ dotis, in præjudicium filiæ primi matri-
monij, ſo weit nicht erloſchen ſeyn / daß auch deroſelben
legitima zugleich mit erloſchen / oder aboliret ſeyn / vnnd
hiervon nicht abgezogen werden / ſolte / oder könte. Denn /
wie alle andere leges, vnd ſtatuta, der geſtalt nicht geſchrie-
47 ben / oder ſanciret werden können / ut † omnes caſus, qui
quandoque inciderint, comprehendant: *l. neque 10. cum*
*l. ſeq. ff. de legib.* vnd derwegen / juſta interpretatione, mode-
riret werden müſſen / ne ad abſurdum trahantur: Alſo
wird auch / ob allegirte conſtitutio, de dominio dotis,
per dotalitium mutato, inque maritum, emtione aut
permutatione quaſi tranſlato, billich limitiret, vnd ver-
ſtanden: entweder / de caſu, quo nulli extant liberi, oder
aber / in caſu, quo extant liberi, ſalva eorundem le-
gitima, ſi non ſemper, tum ſaltem, quando moritur
uxor, dotalitio nondum uſa, & quando aliunde le-
gitima aſſignari nequit: Vnnd ſolches / auß nachfol-
genden / hohen / vnnd wichtigen / limitandi rationibus:
Prima ratio limitationis iſt dieſe: quia, in dicta conſti-
tutione, verbis expreſſis, non excluditur legitima libe-
rorum. Denn ob wol ſtehet / daß / gegen auffgerichtetem /
beſtettigtem vnd bezahltem Leibgeding die Mitgifft vorbe-
ſchehe: wird doch nicht hinzugeſetzt / daß die Kinder
dahero ihres Mütterlichen Pflichttheils verluſtig ſeyn
ſollen. Certi autem juris eſt, generali lege, pacto, vel
ſtatuto, legitimam non excludi: per dudum deducta:
48 &, quod † contra rationem juris receptum eſt, non eſ-
ſe producendum ad conſequentias, *ait Paulus in l.*
49 *quod verò. 14. ff. de legibus.* Suntque † ſtatutorum verba o-
mnia, ſui natura ſtrictè, ſicque omninò interpretanda,
ut quam minimum à civili, nedum à naturali jure re-
cedant: *Bartol. & Dd. in l. omnes populi. ff. de juſtit. & Iur. An-*
*choran. in c. 1. num. 14. de conſtit. Socin. conſil. 38. lib. 1. Gravet. con-*
50 *ſil. 259. num. 2. volum. 2.* tunc † præſertim, cum agitur de
gravi præjudicio tertij: *l. ult. § in computatione. ubi Dd. C. de*
*jure deliber. Iaſon. conſil. 50. num. 2. lib. 1. Gravet. d. conſil. 259. n. 2.*
51 *Menoch. conſil. 4. num. 8. volum. 1.* eſtque † in omnibus æ-
quitatis, quàm ſtricti juris, major habenda ratio: *l.*
*placuit. 8. & ibi tradita per Dd. C. de judic.* Secunda ratio li-
52 mitationis iſt dieſe: quia † legitima liberorum ſtatu-
to tolli nequit: *authent. noviſſima. cum ibi not. C. de inoffic.*
*teſtam. Myſing. 5. obſervat. 43. & 6. obſervat. 44. Gail. lib. 2. ob-*
53 *ſervat. 122. cum concordant.* tum, † quia jure naturali defer-
54 tur: *l. cum ratio. ff. de bon. damnat.* tum, quia † alimento-
rum loco ſuccedit, quæ naturali jure liberis deben-
tur: *l. 1. § jus naturale. ff. de juſt. & jure. §. 1. inſtit. de jur. nat.*
*gent. & civili.* tum, quia † jus naturale, eſt immutabile: 55
*l. jura ſanguinis. ff. de regul. jur. l. hac edictali. ibi nullo modo mi-*
*nuatur. C. de ſecund. nupt.* Atqui, per literam dictæ con-
ſtitutionis, wird den Kindern ihre legitima durchauß ge-
nommen / vnnd verſchrencket / illo caſu, quo moritur u-
xor, dotalitio nondum uſa, & quando vel nulla,
vel exigua alia ſuperſunt bona mobilia, vel immobi-
lia, unde aſſignari legitima poſſit. Muß derwegen noth-
wendig limitiret, vnnd / dergeſtalt / wie gedacht / re-
ſtringiret werden / damit gleichwol den Kindern ih-
re legitima ſalva ſey / vnd vorbehalten werde.

Tertia ratio limitationis iſt dieſe: weil *in d. Conſti-*
*tut. 42.* per adverſativam, mit klaren Worten hinzuge-
ſetzet wird: Do aber derowegen / wie es zuhalten / ge-
wiſſe pacta, vnnd Vereinigung / auffgerichtet / müſ-
ſen dieſelbigen zuforderſt in acht genommen / vnnd dar-
auff geſprochen werden. Atqui, per pacta, kann die
Mutter / ihre dotem, in præjudicium liberorum,
gantz nicht vergeben: ſondern muß / nach Ordnung
gemeiner Recht / denſelben / hiervon / den halben Theil
vorbehalten: *d. l. hac edictali. C. de ſecund. nuptijs.* Quod
igitur pacto fieri nequit, multò minus per ſtatutum
fieri poſſe putandum eſt: præſertim hoc in caſu, quo
alternativè ſtatutum pacto opponitur, taliter, ut
ceſſante pacto, locum habeat ſtatutum, cui neu-
tiquam locus eſſe videtur, in caſu, quo nec pactum
habere locum poſſit.

Quarta limitationis ratio eſt: Quia, in caſu, præ-
moriente in matrimonio uxore, nondum dotalitio
utente, nec relinquente alia bona, unde liberis adſi-
gnetur legitima, ceſſat prima ratio conſtitutionis in-
ductiva, quæ eſt: ne ſupra modum onerentur feu-
da, in quibus dotalitium conſtituitur: quod fieret, ſi,
& dos, & dotalitium inde conjunctim deberetur:
cum, ex ſola dotalitij cauſa, feudum ſatis gravetur:
quod ipſa dotalitij forma oſtendit: Sintemal / nach
Rittersart / † den Frawen / gegen ihrem Einbringen / 56
ein ſolch Leibgeding / vnnd Gegenvermächtnuß / auff-
gerichtet wird / daß ihr / die Zeit ihres Lebens / das 100.
mit zwantzig jährlichen verzinſet / vnnd ſie / in fünff
Jahren die Hauptſum ihres Ehegeldes widerumb ha-
ben kann: denn / der Mann muß ihr gegen ihrem Ein-
bringen / noch ſo viel vermachen / ihr Einbringen / vnnd
ſein Gegenvermächtnuß / in eine Summa ſchlagen / vnd
dieſelbe / das hundert mit zehen jährlich verzinſen laſſen:
das iſt aber ſo viel / als wenn / ihr ſimplex dos, mit zwantzig
verzinſet würde? *Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 4. num. 1.* Dar-
auß dann folget: quod dos, per tale dotalitium, vendita
videatur: oder / zum wenigſten / permutata, vel com-
penſata: *arg. l. ſed etſi. §. conſuluit. ff. de heredit. petit.* Dieſe
ratio inductiva, kann nicht ſtatt haben / in prædicto
caſu, ubi, præmoriente uxore, quando nondum do-
talitio uſa eſt, feudum planè non oneratur: atque li-
beri legitimam petentes, ex dote illatâ, quam aliun-
de conſequi non poſſunt, de damno vitando: ita
maritus feudi dominus de lucro captando, in præju-
dicium illorum, certat. Ceſſante † verò ratione con- 57
ſtitutionis, ipſam etiam conſtitutionem ceſſare opor-
tet: *c. cum ceſſante. de appellat. latè Tiraq. in tract. ceſſante cauſa.*
*cum allegat.*

Quinta ratio limitationis, wird genommen / ex ſecunda
